

nam necessariam ac convenientem suppeditare tenentur.

Hinc graviter peccant parentes, si liberos parvulos diligenter non custodiant, & ab his gravia mala non avertant; si infantes exponant, si rem familiarem non curent, bona dissipent, vel diligentiam saltem mediocrem non adhibeant ad acquiriendam & conservanda bona necessaria ad liberos honeste secundum suam vitam congruendo relinquendam; nam delent etiam futuris eorum necessitatibus providere, ex 2. Cor. 12. Nec enim debent filii parentibus se sustinere, sed parentes filiis.

Peccant tamen parentes hereditate filios ex justa causa in testamento exprimentes, nempe ob gravem culpam & ingratitude in se admittam, vel dissipandam honorum familie, vitam luxuriosam filii; nam tunc tali pena digni sunt. Quare in istem casibus possunt iis denegare ea, que sibi suo conveniunt; nunquam tamen res necessarias ad vitam sustentandam, si aliunde non habeant.

Nota. Mater debet primo triennio liberos alere (1.), postea pater, donec ex arte vel officio possint vitam sustentare, ex lib. 9. Cod. de patr. potest. quod si pater ex inopia nequeat, tenentur mater. In defectum patris & matris tenentur avi, & alii ascendentes, l. 5. de lib. agnos.

2. Parentes prater sustentationem congruam debent liberos christianam institutionem, ex Ephel. 6. Educate illos in disciplina & correptione Domini. Nam finis matrimonii est generatio prolis, a qua Deus pie sancteque colatur; ac institutio christiana est liberis ad hunc finem necessaria. Hec in tribus potissimum consistit. 1. Ut eos mature per se vel per alios doceant necessariam ad salutem, & ad vitam christianam agendam. Filii tibi sunt? Erudi illos & curva illos a parentibus illorum. Eccl. 7. & S. Ang. in Pl. 5. ait: Regis filios vestros, regie familias vestras. Quomodo ad nos pertinet in Ecclesia legi vobis, sic ad vos pertinet in domibus vestris agere, ut bonam rationem reddatis de his qui vobis sunt subditi. 2. Ut eos non solum verbis, sed etiam exemplo ad peccati fugam, cupiditatum cohibitionem, & virtutum exercitium adducant, & peccatorum occasiones sibi avertant. Providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Rom. 13. A fortiori coram liberis, quos ex suo munere tenentur efficere ad virtutes, & timorem ac amorem Dei instituire. Patres discant quomodo etiam commissi sibi exempla bene vivendi exterius præbeant. Scire etenim prælati debent, quia si perversa unquam perpetravit, tot mortuos digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmissum. Unde necesse est, ut tanto se cautius a culpa custodiant, quanto per prava sua faciunt, non solum moriantur, sed

(1) Benedict. XIV. (lib. 11. de Syn. cap. 7. num. 30.) de celebri controversia, num matres veniantur suis uberibus lactare sobolem propriam, hæc habet. Nonnulli Theologi apud Corn. a Lapide in cap. 12. Gen. vers. 7. a gravi culpa non excusant matrem, que abique legitima causa se subtrahit ab onere, sibi a natura imposto, pro-

alitarum animarum, quæ pravo exemplo depræserunt, vel sunt. S. Greg. 13. Pastor. admon. 2. Et S. Hieron. ep. 7. ad Luciam, de institutione filii monet: Nil in te & in patre suo videtur, quod si fecerit, peccat. Memorento vos parentes virginis, matris tam exemplo doceri posse, quam voce. 3. Ut delinquentes corrigant obijungendo, & cum oportet, moderate puniendo; textus illud, Prov. 13. Nolite irascere a pueri disciplinam; si enim percussit eum virga, non morietur. Tu virga percussit eum, & animam eius de inferno liberabit; & c. 13. Qui parvit virga, odit filium suum. Eccl. 30. Qui diligit filium suum, assidue illi flagella... Non des illi potestatem in juventute, & ne desipias cogitatus illius. Curva cervicem ejus in juventute, & tunde latera ejus dum infans est, ne forte induat, & erit tibi dolor animæ. Doce filium tuum, & operare in illo, ne in turpitudinem illius offeras.

Alioqui parentes sunt participes peccatorum liberorum ex c. 3. dist. 86. ubi Joannes VIII. ait: Facientes culpam procul dubio habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare. Scriptum quippe est: Non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt scientibus participes iudicantur. Et Ex Greg. lib. 7. epist. Qui non corrigis recedendo, committis. Quare l. 2. Regum c. 3. Deus ait: Suscitabo advensum Heli omnia que locutus sum super domum ejus. Prædixi enim ei quod iudicatus esset domum ejus in æternum propter iniquitatem, eo quod noceretur indignè agere filios suos, & non corripuerit eos.

Patres autem liberos, sicut nec domino ferros occidere, mutilare, vel vulnerare non licet; quia illi pertinent ad publicam potestatem exercendi justitiam vindicativam, sive ad perfectam potestatem coercitivam, que caret parentibus, & domini ut tales: cum enim præsent tantum familie domesticæ, que est imperfecta communitas; habent solum potestatem imperfectam, coercendi scilicet penis levioribus, que sanum irreparabile non inferunt. Sola quippe communitas perfecta, sive ejus principæ perfectam habet potestatem coercendi & puniendi malefactoros, etiam morte.

Porro educatiois cura ad patrem tanquam ad familie caput maxime spectat; quamvis etiam mater ad eam graviter operetur.

Hinc graviter peccant parentes, si non curent diligenter, ut liberi fidei rudimenta, & alia ad christianam vivendum necessaria mature addiscant, pravorum consiliorum vitent, a vitis abstinant, mandata Dei & Ecclesiarum servent; si consilio vel exemplo pravo ad peccatum inducant; si de eorum factis non inquirant, permittantque eos liberius vivere, ludo & delectationibus inmodicis effluere, sique ad ea pecunias suppeditent; si patiantur eos vitam otiosam agere; si delinquentes (Vid. N. 241.) non obiurgent, puniantque moderate &c. Ex 1. Timoth. 5. 57.

pram laudandi prolem, quod observante M. Basilio homil. 9. in Hex. nulla quantumvis crudelissima levia subire detrectat. Sed melius Navarrus in Manual. cap. 24. num. 17. cui subscribitur a Lapido, illam solum peccati veniens rem facit; urgent vero legitima causa, ab omni culpa absolutæ.

5. Si quis suorum & maxime domesticorum curam non habet, solum negavit (facto scilicet) & est infidelis deterior.

3. Tenentur liberis suis electionem status liberam relinquere, peccantque graviter, si eos invitato ad matrimonium, vel religionem cogant, vel ab his avertant. Nam liberi habent jus sibi statum vite libere eligendi; & eorum sensu maxime pendet ab electione status, ad quem a Deo destinantur & vocantur. Quare Conc. Trid. sess. 25. c. 18. excommunicat eos, qui familiariter cogant ad religionem vel professionem, aut sine justa causa impediunt jus vel ingessum vel professionem.

Item etiam liberi velint matrimonium intrare, non debent parentes eos cogere ad contrahendum cum tali vel tali, si repugnent, cap. de nupt. 2. qu. 2. Quia, ut ibi ait Pontifex, quorum unum corpus est, unus debet esse animus. Alioqui datur occasio dissidiorum, rixarum, & alteri &c. Gravi autem peccatum est, alios conijcere in periculum graviter peccandi.

Nota. Ex communi sententia in defectum patris & matris ad prædicta tenentur jure naturali ascendentes ex linea paterna & materna.

Item parentes tenentur jure naturali etiam alere & christiane educare rebos illegitimos, qui & quondam sibi ipsi de rebos necessariis providere non possunt, cum vere sint eorum parentes, ex c. 5. de eo qui ducit &c. Non possunt tamen iis aliquid ultra necessarium sustentationem, causa mortis donare vel relinquere: nam hoc veteri leges iuste, scilicet legitimorum heredum minatur hæreditas. Quod si fecerint, sibi illegitimi excoisiam hæreditatis legitime, etiam ante sententiam, restituere tenentur; cum illius possidendi incapaces facti sint juxta legum auctoritatem.

Qu. II. Ad quid obligantur liberi erga parentes?

Resp. Secundum omnes, debent parentibus amorem, reverentiam & obedientiam. Nam hæc tria continet & exigit preceptum naturale divinum: Honora patrem tuum, & matrem tuam, Deut. 5. & Matth. 19. ut docet Cæcilius Romanus, & omnes Doctores. Itaque didat recta ratio propter triplicem respectum parentum ad filios, scilicet causæ, præsentem, & regimini.

I. Inque tenentur liberi parentes vere amare, & quidem magis quam ceteros: cum illis plus debeant, sicutque conjunctiores quam aliis: & hunc amorem significare. Quare tenentur bonum spirituale & temporale iis velle & suppeditare in eorum necessitatibus etiam communibus. Exigunt tunc pietas, ut iis subministrant necessaria ad vitam honeste secundum suum statum sustentandam: quamvis sua culpa in hæc necessitatem incidissent, & filii sua bona ab illis non accepissent. Quovis enim modo parentes erga liberos egerint, tamen iis vitam & conservationem debent, ex Matth. 25. c. 2. dist. 30. & l. 1. & 2. Cod. de alend. liber. ac parent. Debent quoque subvenire parentibus in omnibus aliis necessitatibus quod honorem, famam, libertatem &c. & eorum defectus terere ac patienter ferre. In opere & sermone & omni patientia honora patrem tuum. Eccl. 3. In toto corde tuo honora patrem tuum, & genium matris tue ne oblitiscaris: memento quoniam nisi per illos natum non fuisset: retribuere illis, quomodo & illi tibi. Eccl. 5.

Hinc graviter peccant liberi, si parentibus signa odii ostendant, maledicant; vel hœu amoris nunquam aut raro dent; si dure tractent: si ipsos alioqui aut salutare detrectent; si de ipsis crudeliter, vel tanquam incognitos aut extraneos tractent; si graviter contritent, vel ad gravem famam impellant, est ex causa levi, quam prævident gravem molestiam his procreanturam. Qui affligit patrem, & fugat matrem, ignominiosus est & infelix. Prov. 19. Quis maledixerit patri suo vel matri, morte morietur. Exod. 21. Si torvo corde non habent, vel alpere loquantur, perinde ac si odio habent; si non subveniunt in necessitate spirituali, vel corporali; agros non irsistent, carceres detentos liberare negligant, eorum sanitati non consulant: non curent mature sacramenta muniri, aliis auxiliis spiritualibus jurari; si eorum testamenta ac legata non exequantur, vel exequi distulerint, vel non curent pro iis mortuis preces & sacrificia offerri &c. Si iis mortui exoptent, ut ab eis citius liberentur, vel citius eorum bona obtineant.

Porro que essent mortalia contra caritatem, si fierent erga extraneos, sunt etiam contra pietatem, & longè graviora, si erga parentes; que circumstantia experiri debet in confessione; nam tunc peccatum habet duplicem malitiam scilicet diversam contra caritatem & pietatem. Toleratus, Delus &c.

II. Quoad reverentiam, ejus obligatio clare exprimitur verbo Honoræ. Et Eccl. 3. Qui timet Dominum, honoret parentes, & quasi dominum servet his, qui se generant. Nam (ut ait S. Th.) parentes participant rationem principii, cum propter generationem, tum etiam propter educationem, disciplinam, & omnia, que ad perfectionem vite pertinent. Patres præsentant dignitatem Dei, qui est omnium pater.

Hinc moraliter peccat liberis 1. Si parentes spernant, irrident, contumeliosus afficiant, de illis detrahant; eorum moram, consilia & minas contumant; præsertim coram ipsis. Oculum qui subvertit patrem, & qui despiciat patrum matrem suæ, effodiant eum corvi &c. Prov. 2. Quæ autem in his ob levitatem materia erga alios non essent, nisi venialia, erga parentes ob circumstantiam personæ ut plurimum sunt mortalia. Ob hæc culpam Cham filius Noe, patris maledictum incurrit, Gen. 9. Quod Deus postea confirmavit, ut posteros huius culpe gravitas immoetoret. 2. Si eos percussit licet leviter, aut iis minuat: immo fi contra eos manum tollant, est vitæ animo periculi; in his enim censetur gravis irreverentia ac iniuria erga parentem. 3. Si ad sublimem fortunam egerint, parentes ex contemptu agnoscere delinquent. 4. Si eos in foro externo etiam de vero crimine accusent, excepto crimine hæresios, præditionis, conjurationis in Principem, quod aliter impediti non possunt; in his enim se patri quidem paucere debent propter damnum publicum, quod pro privato averti debet.

III. Liberi tenentur obedire parentibus in his que spectant ad gubernationem domesticam, & ad bonos mores. In his enim subditi sunt parentibus, quorum est regere familiam, & eam bonis moribus imbuere.

re. *Filii obedite parentibus vestris in Domino; hoc enim iustum est. Honora patrem tuam & matrem tuam; quod est mandatum primum in promissione, ut bene sit tibi. Ephe. 6. Filii obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est in Domino. Col. 3. & Rom. 1.* Qui non obediunt parentibus dicuntur digni morte. Hinc S. Aug. in tit. Pl. 70. ait: *Ubi hoc uber pater quod contra Deum non sit, sic audendus est quomodo Deus, quia obedite patri iussit Deus. Ratio est, (quia ut ait S. Th. quod. 1. art. 9.) Ad illa se extendit debitum obedientie, ad que se extendit ius prelativum. Habet autem pater carnalis ius prelativum in filium. 1. Quia quantum ad domesticam conversationem, sic enim est paterfamilias in domo, sicut Rex in regno: unde sicut subditi tenentur obedire Regi in re que pertinent ad gubernationem regni, ita etiam filii & alii domestici tenentur obedire paterfamilias in his que pertinent ad dispensationem domus. 2. Quantum ad bonam disciplinam, unde Apost. dicit, Heb. 12. Patres quidem carnis vestra habemus traditores, debet enim pater filio non solum educationem, sed etiam disciplinam. In his ergo filii tenentur obedire patri carnali, & non in aliis.*

Hinc peccat mortaliter liberi, si in re gravi ad morem, vel ad domesticam curam, vel ad pacem & concordiam in familia tuendam, vel ad eam bona, famam, honorem spectantem non obtemperent: & specialim si contra parentum prohibitionem, inproboborum societatem, populas frequentem, alea ludum, computationes, vel quilibet aliud illicitum aut periculatum exercent, si contra eorum mandatum nolint dare operam literis aut artibus suo statui congruentibus, si his incontinentis nubant, vel hilus contra eorum voluntatem ducat uxorem se indignam, vel nolit sine iusta causa docere quam parentes volunt, et magnam familiam bonam; si filia contra prohibitionem doro, egrediatur, vel sola noctu viros alloquatur &c.

Non debent autem filii parentibus obedire cum aliqui preceptum vel verbum contra Deum, vel Ecclesie precepta, aut consilia evangelica. *Nam obedite operari Deo magis quam hominibus, Act. 5.* Neque quoad electionem status; nam hae pender a divina vocatione. Debent tamen consensum & consilium petere, non autem sequi, nisi sit consentaneum vocationi divinae.

Porro filiosimilias, si parentes eius opera non egent, potest a paterna domo discedere ad discendam aliquam artem honestam statui suo convenientem, vel querendum aliquod vitae genus honestum, petita facultate, quam pater ei denegare non potest: ex l. ult. §. de liber. exhib.

Nota. Eadem fere ratio est de avo, proavo, & quolibet ascendente, respectu nepotis, pronepotis, & cuilibet descendentes, & vicissim. Nam hi omnes considerantur quasi patres & filii, ascendentes quippe filii mediant progenitores. *Delugo.*

Sed an filius cupiens ingredi religionem tenetur in seculo remanere, ut parentum necessitati subveniat?

Resp. Affirm. Si necessitas extrema sit vel gravis, nec alius possit aut velit is capitulari, & possit ille remanendo in saeculo. *Est communis sententia.* Quia subvenisse parentibus graviter indigentibus est praecipuum divini naturalis; ingredi autem religionem per

se est tantum consilium. At propter opus consilii non est omittendum praecipuum, utpote obligatorium. Immo tum Religio cessat esse opus consilii respectu filii, cum tunc sit ei illicita. Unde Christus, Matth. 5. arguit Phariseos, quod suaderent ut eroganda parentibus egenis in penderentur in cultum divinum. Quod verum est, etiam si filius voverit religionem: nam illud votum solum est de ingressu religionis, quatenus est opus melius, nec impedit observationem praecipii divini. At ingredi religionem tunc debet parentibus in gravi necessitate, non est opus melius, & impedit observationem praecipii divini.

Si vero non sunt in tali necessitate, ut filiorum obsequio multum indigeant, possunt praetermissum praecipuum obsequio filii religionem intrare, etiam contra praecipuum patrum. Quia post amorem patris quilibet ingenuus libertatem habet, quantum ad ea, que pertinent ad dispositionem sui status, praesertim in his, quae sunt divini obsequii, & magis est obtemperandum Patri Spirituum ut videmus, quam parentibus carnis, ut Apost. dicit ad Hebr. 1. Ita S. Th. 2. 2. q. 119. art. 6.

Porro neque parentibus licet ingredi religionem, dum liberi carent necessitate ad sustentationem, vel educationem suo statui convenientem. Nam parentes iure naturali tenentur ea liberis providere; nec licet Deum tenere, ordinaria media ostendendo filio spe divini auxilii. S. Fh. loc. cit. Nisi sufficienter filii providant de se, non ecessariis ad vitam & statum, & illos per alios recte insultare possint.

Nota. Nemo tenetur in saeculo remanere propter fratrum, vel locorum aut aliorum propinquorum necessitatem gravem, sed non extremam. Quia nemo tantum eis debet, nec ita stricte tenetur his subvenire, sicut parentibus; nisi tamen fratres vel sorores sint adhuc sub cura patris aut matris; nam tunc creatur vel augent necessitatem eius: quippe vel necessitate parentis includunt omnia que pertinent ad statum & munus suum, inter que praecipuum locum habet conveniens liberorum educatio cura. Atque ita ratione parentis sic obligari quis potest erga fratres suos, qui tunc considerantur ut pars eisdem parentis. *Ita Suarez.*

Sed quid, si filius professionem iam emisit, an tenetur egredi, ut parentibus succurrat?

Resp. Juxta multos tenetur, si parentum necessitas sit extrema, cui aliter subvenire nequeat, sive illa ante, sive post professionem egerit. Quia in utroque casu aequaliter urget praecipuum pietatis, nec minus sunt illius parentes in uno, quam in altero. Ut autem talis egressus sit licitus, requiruntur, 1. Ut religiosus perat licentiam, nam hoc exigit debentur inspectionis & recta disciplina; & aliquando oritur perturbatio communitatis & scandalum. Secus prelati tenentur hanc licentiam concedere, & quod si peritiam denegat, dicitur possit religionem egredi, eo quod prelati sit irrationabiliter invidus, & aliunde praecipuum divinum naturale subveniens parentibus urget. 2. Ut egressus esse iure religiosi habitum.

3. Ut quantumvis in saeculo, servet quoad fieri potest regulas, & statuta religionis: nam non desinit esse religiosus. 4. Ut redeat ubi primum eorum necessitati sufficienter providit: nam cessat causa manendi extra monasterium. At si necessitas parentum sit solum gravis, non extrema, non tenetur, nec proinde si licet egredi sine legitima superioris

filii licentia: quia religiosus est per professionem traditus religioni & potestati sui prelati: Res autem tui tradita non potest sine eius consensu alteri concedi, etiam quoad usum, citra necessitatem extremam. *Ita S. Th. 2. Antoninus, & alii multi.* *Quest. III. Ad quid superiores & inferiores generatim obligantur erga se invicem?*

Resp. 1. Superiores tum ecclesiastici, tum saeculares tenentur procurare bonum subditorum, & eorum malum impellere secundum potestatem quam habent, & munus quod exercent erga illos; ex Eccl. 2. *Restorem te posterum? Curam illorum habet.* Et 1. Tim. 5. *Si quis suorum curam non habet... est infidelis deterior.* Nam omnis potestas publica ac munus est propter bonum subditorum, & superiores ratione filii officii parentum vicibus funguntur.

Resp. 2. Ut filii erga parentes, ita cum proportione subditi erga superiores quoslibet, debent amorem, reverentiam, & obedientiam, secundum cuiusque potestatem ac munus. Nam (ut docet Catech. Rom. de quarto praecipio.) *Praeter eos qui nos generaverunt, nulli praeterca sunt, quos in parentum loco colere debemus, vel potestatis, vel dignitatis, vel praesentis alicuius muneris, & officii nomine.* Idque constat ex Script. & Patribus: 1. Petri 2. *Subiecti estote omni humane creaturae propter Deum, sive regi quasi praecellenti, sive ducibus tanquam ab eo missi... quia sic est voluntas Dei... Omnes honorate... Regem honorificate.* Et Rom. 13. *Omni anima potestatibus subditoribus subdita sit &c.* Reddite ergo omnibus debita, cui tributum tributum; cui respectus, respectus; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem. Et Hebr. 13. *Obedite praepositis vestris, & subiacete eis &c.* Eccl. 7. *Honorifici sacerdotis.*

Hinc graviter peccant inferiores, si superioribus in re gravi ad eorum munus pertinentem non obediunt; si eos contempnent, vel eorum defectus alii referant, ut eos odiosos ac contemptos reddant; si illis debita ratione officii non suppeditent, ut decimas ecclesiasticas, tributa principibus, & aliis stipendia &c.

Quest. IV. Quenam sunt obligationes Tutoris & Curatoris?

Nota. Tutor est is, cui commissa est cura pupilli, & honorum eius. Curator est, qui assignatur minori: praecipue in curam eius honorum. In hoc inter se differunt, quod tutor detur principaliter in curam personae, & secundario in curam bonorum impuberis. Curator vero principaliter in curam honorum, & secundario personae puberis.

Resp. Tutor tenetur curam gerere pupilli, eius personam tueri, cum bonis moribus imbucere, & christiane educare per se vel per alios, & dare operam, ut artem sibi convenientem addiscat. Item eius bona curare, & fideliter ac diligenter administrare. Nam in hunc finem iure publico constituitur, & assignatur pupillo loco patris, ideoque vices eius eum gerit. Tutor enim est is, qui pupillo datur in defensionem & curam personae ac honorum pupilli. Curator vero tenetur recte ac fideliter bona minori administrare, & insuper eius personam tueri cum opus fuerit, & educationi in curam honorum, secundario in curam personae. *Quare si tutor, vel curator, in hoc delinquat,*

vel graviter sit negligens, peccat graviter & tenetur ad compensationem damni; quia peccat contra proprium officium ad aliorum commodum spectans, proinde contra iustitiam.

Hinc tenentur statim inventarium omnium bonorum pupilli & minoris efficere, l. 24. Col. de adm. tutor. Omnia eorum bona, iura & actiones diligenter conservare, & curare ut ex his reditus annui percipiantur, bona alia peritura vendere, ex mobilibus praedia locata comparare, ex diebus & ceteris. Quod si neglexerint, vel res pupilli aut minoris in loco usus converterint, tenentur rem ablata vel amissam convertere, & compensare totum lucrum cessans ac damnum emergens. Tenentur autem de culpa lata & lvi, l. 7. Cod. de arbit. tutor. Nam iustum pretium ius administrationis exigere possunt; & sic eorum munus cedit in utilitatem suam & aliorum. Peccant etiam, si pupillo vel minori deus pecuniam ad usus malos vel inutilis, cum ex suo officio tenentur fideliter ac utiliter eorum bona administrare.

Ceterum pupilli & minores tenentur obedire & reverentiam exhibere tutoribus & curatoribus vel tutoribus, quorum locum illi tenent.

Quest. V. Ad quid obligantur domini & famuli erga se invicem?

Resp. 2. Secundum omnes domini tenentur, I. Gerere curam salutis famulorum, & famularum, ex 1. Tim. 5. *Si quis suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit & est infidelis deterior.* Nam fuit ipsorum caput, & vices parentum erga eos gerunt; ideoque obligantur cum proportione ad ea, ad quae parentes erga liberos tenentur. Quare graviter tenetur curare, ut famuli & ancillae res ad salutem necessarias calcent, peccata & occasiones peccati vitent, Dei, & Ecclesiae praecpta servent, sacramenta tempore debito frequentent, Item tenentur bona exempla suis praebere; graviter delinquentes corrigere, & iis invigilare. *Attende domesticis tuis, Eccl. 32.*

II. Tenentur alimenta congrua praebere, & tempore statuto mercedem iustam solvere, *Domini, quod iustum & equum servis praebat, sciens quod vos Dominum habetis in celo. Coloss. 4. Non morabitur opus mercenarii tui apud te usque mane.* Lev. 19. *Qui egrediuntur sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt.* Eccl. 34. Ne postulat ante terminum lapsum domo dimittere ius iusta causa, quia violenter contractum. Quod si dominus sine iusta causa se tenente ex parte famuli, invitum cum dimittat ante tempus condemnationem tenetur ei integrum stipendium dare, perinde ac si toto illo tempore servierit, l. 38. §. Locati. Nam conductor personam solvere tenetur, quando re vel opera conducta usus non est, ob causam se tenentem ex parte sui. Si vero invito domino & sine iusta causa famulus discedat, nihil ei conceditur in foro externo: ut in foro conscientiae debetur ei merces pro rata temporis quo servivit, nisi aliud fuerit pactum, vel exitu suo intemptivo damnum domino intruderit, retenta mercede, aut illius parte compensandum; quia opera praestita est digna pretio, quo privati non potest in penam, nisi ex conventionione, vel per sententiam iudicis. *De servo & alii.*

III. Tenentur eos non asperere ac superbe tractare, sed benigne tanquam fratres in Christo & cohaere

des vite eternæ, quos debent sicut seipos diligere. *Et vos domini eadem facite illi, remittentes minas scientes quia & illorum & vestri Domini est in cælis; & personarum acceptio non est apud eum.* Ephel. 6. Unde peccant in domesticis contumelias afficiant, ut si appellent diabolo, canes &c. si inmoderato labore vexent &c.

IV. Tenentur curare, ut in eorum morbis ac infirmitatibus auxilia temporalia & spiritalia non desint. Juxta multos tamen, seculata familiaribus consuetudine, non tenentur ex justitia familiis alienenatis & stipendium dare toto tempore morbi diuturni. Nam hæc debentur solum propter operas quotidianas, & conductus nihil tenentur solvere, dum res vel opera sibi locata utri non potest, ob causam provinentem ex parte locatoris, vel rei locatæ. Item non tenentur solvere impensas pro eorum curatione, nisi sint modicæ, vel nisi veniant in necessitate. Postulat tamen caritas, ut impensas saltem modicas faciant pro eorum curatione & alimentis, & hæc est praxis timoratorum. Immo caritas eos obligat ad gratias prestandas famulis pauperibus omnia, quibus indigent, si ea possint prestare.

V. Tenentur famulos expellere, qui liberos, aliove domesticis verbis vel moribus pravis contumunt, si reprehensione non emendentur. *S. Carol. Infruct. Confess. & Concil. Mediol. III.* Nam tenentur a suis causis & occasione peccandi amovere.

Porro cum famulus vel ancilla justis de causis expellitur, sufficere si pro rata temporis stipendium ei persolvatur. Nam justa causa expellendi famulum recte censetur impedimentum ex parte locatoris provientis: ob quod conductor jam ejus operam non potest.

Repl. 2. Famuli & ancillæ debent suis dominis amorem, reverentiam, obedientiam & fidelitatem. *Ex 1. Tim. 6. Servi domini suos omni honore dignos arbitrentur.* Et Ephel. 6. *Servi obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate servientes sicut Domino &c.* Et ad Tit. 2. *Servi domini suis libidinosi esse, in omnibus placentes: non contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus sicut bonam ostendentes.* Itaque tenentur dominis suis eandem præstare cum proportione, quæ filiis parentibus: nam domini ejus illos parentum vicibus funguntur. Et insuper tenentur ex justitia fideliter servire ac laborare, munus sibi commissum recte obire, & res sibi creditas diligenter curare ac servare; nam ad hæc prestanda stipendium conducti sunt, & ex contractu onerato obligantur.

Hinc mortaliter peccant. 1. Si in re magni momenti non obediunt. 2. Si peccata ac defectus familiaris aliter referant. 3. Si non bene laboraverint toto tempore & signato, & obsequia debita negligenter præstent; & tenentur tum ad restituendum partem stipendii pro rata laboris omitti; nam non habent jus nisi ad stipendium labori & operæ impensæ congruens: tum ad compensandum dampnum & lucrum cessans, quia fuerunt injusta illorum causa, cum sequantur ex omissione diligentia ac operæ ex justitia debita. Item die de aliis operariis conductis. 4. Si de bonis dominorum disponant sine eorum consensu. 5. Si grave dampnum inferri permittant, cum

impedire possint, vel videntes inferri cœcant, ne moleant dominum, sive illud inferatur ab extraneis. Quos certus est: *et ita fere habet communis gentium sensus, ait Lassius* sive a contumeliam, etiam in rebus, quarum cura sibi specialiter commissam non est; tenenturque illud refarcire in defectum aliorum. Nam famuli omnes tenentur ex justitia non permittere, ut dampnum haurerit a quoquam inferatur; nemo enim famulus vel ancilla accipit, nisi cum hoc pacto tacito, ut impediat ejus dampnum, si possit. Præterea domesticis aliter & magis tenentur impedire dampnum hereditatis, quam extranei, quod id ex caritate tenentur. Domesticus vero, quibus specialiter domus vel alia res commissa est, tenentur insuper magna cura tam custodire, diligenter invigilare, ne quid dampni in ea patiatur dominus.

VI. Si ante tempus conductum discedant sine justa causa. Nam ex contractu, ideoque ex justitia tenentur toto illo tempore servire; & sic tenentur refarcire dampnum, quod dominus inde patitur, ut si majore pretio alium conduxit &c. Omnis enim injustitia dampnosa parit obligationem restituendi.

Quest. VI. *Quamquam sunt obligationes magistrorum, & discipulorum?*

Repl. Inter magistros, pedagogos, & discipulos est quodam modo eadem obligatio; quæ inter parentes & liberos. Nam magistri & pedagogi vires parentum erga discipulos gerunt in his, quæ ad studia & bonos mores spectant.

Sed spectant magistri & pedagogi graviter peccant. 1. Si cum non sint idonei nec sufficienter docti ad hoc munus recte ac utiliter obeundum, illud suscipiant, aut non dimittant, aut se ad illud idoneos non præsentent. 2. Si discipulorum progredium in litteris non sedulo promoveant; 3. Si non satis faveant ipsi, ut recte officio fungantur. 4. Si ex proposito falsa ut vera doceant, vel superfluous aut saluti noxia. 5. Si negligant eos bonis moribus imbueri, nec delinquentes arguant, nec penitentium possunt. 6. Si ipsi malum exemplum præbeant. 7. Si improbos, & alios perniciosos ad scholam admittant, vel eos non dimittant, ne alios depravent. 8. Si doctores, vel licentiatos gradum indignis conferant, nam (ut docent S. Antonius, Navar. Sylvest. Sanchez, & alii) est mortalis culpa præsertim in Theologia, Jure canonico & civili, & Medicina, immo etiam videri in Philosophia. Nam per hoc graviter publico bono nocent, & temp. vel Ecclesiam publico testimonio decipiunt in re gravi: unde fit ut indignis conferatur officia secularia, vel beneficia Ecclesiastica, cum damno multorum.

Porro Conc. Later. V. sess. 9. præcipit, ut humaniorum litterarum magistri discipulos rebis fidei, & præceptis Dei ac Ecclesie instruant.

Discipuli peccant, 1. Si magistris & pedagogis non exhibeant honorem ac reverentiam. 2. Si non obediant in rebus ad studia & bonos mores pertinentibus. 3. Si malorum consortium libi veterum non vitent. *Qui cum sapientibus gaudiat, sapienter erit: amicus stultorum similis efficitur.* Prov. 13. 4. Si libros prohibitos legant. 5. Si a schola abint sine justa causa. 6. Si tempore studiis destinato lusu vacent vel otio. Et quidem mortaliter peccant, si gravi notabiliter negligant, tum quia agunt in re gravi contra obedientiam parentibus ac præceptoribus debitam: tum quia se reddunt ineptos ad mu-

nus suo statui conveniens imposterum rite obeundum: tum quia vita otiosa est fons & origo multorum peccatorum præsertim adolescentibus. Quare non sunt absolvendi, nisi negligentiam suam emendare curaverint.

CAPUT V.

De Obligationibus personarum Judicialium vel Forensium.

In his generatim requiruntur Scientia, Diligentia, Veritas, Fidelitas, & Justitia.

Nota. Qui officium aliquod ad aliorum commodum spectans suscipit, tenetur ex justitia, 1. Ad curandum, ut et sua negligentia nemini dampnum sequatur. 2. Ad procuranda commoda ejus, cui per officium servit, saltem quantum commode potest, & ad diligenter obeunda ea, quæ ad munus spectant, & necessaria sunt ad finem, ad quem institutum est. Nam hæc tacite promittit, & ad ea se obligat, hoc ipso quod tale munus assumit; & ideo stipendium ei datur. Hinc si munus suum negligat, tenetur dampna inde facta refarcire, & stipendium receptum restituere pro negligentia.

§. I. De Judice.

Quest. I. Ad quid tenetur Judex, ut restituetur?

Repl. 1. Judex (idem dic de Advocato, Medico &c.) tenetur ex justitia habere scientiam sufficientem ad munus suum recte obeundum. Nam tenetur ex justitia recte judicare: *Diligite justitiam, qui iudicatis terram, Sap. 1. Justitiam pusillum & magnam similiter, Eccl. 3.* Ergo tenetur etiam ad ea quæ ad rectum judicium requiruntur, qualis est scientia legum, consuetudinum &c. Debet etiam habere constantiam ac virtutem ad hoc munus necessaria: alioqui se exponit periculo injulte iudicandi. *Noli querere fteri judex, nisi valeas virtute irrumperere iniquitates: ne forte eximescas faciem potentis, & ponas scandalum in equitate tua, Eccl. 7.*

Hinc 1. petens ut suscipiens officium Judicis sine sufficienti scientia & idoneitate, peccat mortaliter: nam voluntarie exponit se periculo male iudicandi cum damno aliorum. 2. Judex debita scientia carens absolvi non debet, nisi se officio abdicet, vel nisi brevi tempore scientiam sufficientem acquirere possit & conetur. Nam nulli licet officium, cuius munia obire nequit, suscipere vel retinere, præsertim cum damno vel periculo proximi. 3. Si Judex ex imperitia male judicet, quantumvis putet se recto iudicare, tenetur compensare totum dampnum inde liganibus obveniens, sive in substantia litis, sive in supervacaneis impensis. Nam est causa injusta talis dampni, quod est ei voluntarium saltem indirecte, nempe in ignorantia culpabilis, ex cap. ult. de injur. ibi: *Si culpa tua datum est dampnum, vel injuria irrogata, aut hæc imperitia tua, sive negligentia eveniant: iure super his satisficere te oportet: nec ignorancia te excusat, si scire debuisti ex factis tuis injuriam verisimiliter posse contingere vel facturam.*

Repl. 2. Ex communi sententia, ut Judex recte judicet, præter scientiam debet: 1. Habere jurisdic-

tionem & auctoritatem in personis iudicandas, & in causam: alioqui injuriam facit tum partibus, & causis illarum de incerto; tum legitimo iudici, ejus potestatem & officium usurpando; quæ usurpatio iudicis ex communi estimatione hominum est injuria gravis ex genere suo, cum per illum violentur & jus privatorum, & auctoritas publica. Imo ejus sententia est irrita, cum careat potestate ad iudicandum necessaria, cap. 4. de judic. & cap. de panis.

Porro quatuor modis potest quis habere potestatem iudicandi alioqui. 1. Ratione potestatis ordinariæ vel delegatæ. 2. Ex consensu partium; ut cum partes ex compromisso se alicui subiciunt, ut iudici, vel ut arbitrio. 3. ratione delicti in suo territorio parati. 4. Reatione rei, de qua contra possessorem causa movetur, ex cap. ult. de foro compet.

II. Tenetur judex habere certitudinem saltem moralem in cognitione causæ: alioqui imprudenter judicaret, & tenetur ad restitutionem, si ex negligentia cognoscendo male judicaret; ex c. ult. de injur. cit.

III. Tenetur judicare secundum leges, tum quod modum procedendi, ordinem & formam iudicii, tum quod sententiam ferendam & exequendam, ex c. 1. de consil. & ex S. Ambros. in final. ser. 20. *Bonus iudex nihil ex arbitrio sua facit, sed iuxta leges: iura pronuntiat, scitis iuris obtemperat, non indulget propria voluntati: scit audire, ita iudicat, & sicut se habet negotii natura, dæcernit: Obsequitur legibus, non adversatur: examinat causæ merita, non mutat.* Et ex instit. de officio iudic. ibi: *Ne aliter iudices quam quod legibus, aut consuetudinibus, aut moribus prædium est.* Nam ad hoc constitutus est a reprob. vel principe. Quare non potest quemquam condemnare inauditus & sine testibus, Clem. 2. de sent. & de re iudic. nec uti potest scientiam injuste & contra iuris ordinem parta: alioqui injuriam continuaret & auget. Item nec potest secundum omnes, condemnare eum, quem privata scientia fecit esse nocentem, si iudicium non sit probatus reus. Quia non habet potestatem iudicandi nisi in persona publica: ergo non potest iudicare nisi secundum scientiam publicam, quæ habetur per testes legitimæ instrumenta & acta.

IV. In summa æquitate ante oculos habere debet judex, l. 4. §. de eo quod certo loco. In omnibus quidem, maxime tamen in iure æquitate spectanda, l. 90. de reg. jur. Decerne quod iustum, & iudicia inopes & pauperem, Prover. 31. Ut autem iustitiam in omnibus constantur servet, memoria tenet illud Sap. 6. *Discite iudices partem servare. Quoniam data est a Domino potestas vobis, & virtus ab Altissimo, interrogabit opera vestra & cognoscens cruciabitur: quoniam cum esset misericors regi illius, non recte iudicatis, nec custodistis legem iustitiae: neque secundum voluntatem Dei ambulastis: horrende & cito apparet vobis: quoniam iudicium dirisimum vobis, qui præstati, sed; exiguo enim conceditur misericordia; potens autem poterit tormenta patientur.*

V. Quando jus non est clarum, tenetur ferre sententiam secundum opinionem certo probabiliorum in questione cum iuris, tum facti. Nam officium iudicis

is est iudicare secundum merita causae, & sententiam, quae, inspectis allegationibus & probationibus, aequitati & iuri conformior est: alioqui esset locus acceptioi personarum, contra Scripturam multis locis, ut Doct. 4. *Quod iustum est iudicate, sive civis sit ille, sive peregrinus. Nulla erit distinctio personarum, ita parvum audietis ut magnum, nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est.* Ex contra reg. 2. iur. in 6. *In iudiciis non est acceptio personarum habenda.* Hinc Innoc. XI. damnavit hanc propositionem: *Probabiliter iustus, iudicem posse iudicare iuxta opinionem minus probabilem.* Quare iudex non potest ferre sententiam secundum iudicium aliorum, si post diligentem & sinceram veritatis investigationem certus sit de maiore probabilitate suae opinionis; nam tunc certus est de obligatione secundum illam iudicandam. *Nec in iudicio plurimorum aequales sententia, ut a vero dicitur, Exodi 23.*

Quod si opiniones sint aequae probabiles, & nullus ex litigantibus rem possideat, debet rem inter partes ex aequo dividere, vel eius pretium, si dividere nequeat. Nam iudex non est dominus rei, sed tenet suum cuiusque jus tribuere secundum merita causae: pro utraque cum aequale jus habeat, debet res aequaliter et distribui; alias esset acceptio personarum. Hinc Alexander VII. damnavit hanc propositionem: *Quando litigantes habent pro se opinionem aequae probabilem, potest iudex pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius pro alio.*

Idem die de questione facti: Iudex enim tenetur causam adjudicare parti pro se habenti testimonia, vel instrumenta, aliaque argumenta probabiliora, cum jus probabilius residat, 3. 21. 9. de testib. Quod si haec probationes facti sint aequales, aequale jus fundant, ideo aequaliter res est inter eos dividenda, si nemo eam possideat; alioqui possessori adjudicanda, cum in dubio, & pari causa melior sit conditio possidentis, ex reg. 65. iur. in 6. In causis vero criminalibus si utrinque appareat aequalis probabilitas, debet reo favere, cum abolvendo, ex reg. 11. iur. in 6. Alioqui se exponeret periculo damnandi innocentem.

VI. Tenetur lites celeriter expedire c. 2. de sent. & re iudic. ibi. *Iurgantium controversias celeri sententia terminare, & aequitati conveniri & rigore. Nam partes habent jus, ut non sine iusta causa differatur iudicium.* Quare tenetur partis lesa damna & impensas, quae ex iniqua dilatione sequuntur, compensare.

VII. Debet habere rectam intentionem, scilicet iustitiae, ita ut nihil agat ex odio, invidia, aliove pravo fine; nam actio licet ex objecto bona participat malitiam finis.

Ex dictis collige, Iudicem qui in cognoscenda, vel decidenda causa negligens, aut iniquus fuit, peccare mortaliter contra iustitiam, & teneri ad reparandam parti lesae omnia damna, cum fuerit eorum causa iniusta.

Quest. II. An Iudex potest capite condemnare eum, quem certo novit innocentem, si per testes legitime probetur reus?

(*) Nisi stud. urgentissima Reip. necessitas expulsi fuerit.

Resp. s. In tali casu, ex communi sententia, Iudex tenetur omnes vias inire, quibus possit eum liberare, ut impediendo accusationem, extrahendo iudicium, remittendo causam ad superiorem, & apud eum assumendo officium testis etc. Quod si his mediis non possit eum liberare, secundum multos non est licet talem morte damnare, sed debet iurare se certo cognoscere eum innocentem, & pietus officium dimittere, & sequi testem parti. Quia dicitur innocenter occidere, & quidem ut causa principalis mandando ut occidatur; quod est intrinsece malum, & contra illud, Exod. 23. *Insonem & iustum non occides, quia adversus impium.* Enim vero intrinsece malum est adiree alicui vitam sine auctoritate; sed Iudex nullam habet auctoritatem in viram innocentem, cum haec solius Dei dominio subiecta sit; nec resp. ipsa potest verum innocentem directe occidere, sicut potest directe bonis temporalibus spoliare, hoc iustum causam ad tonum communi pertinetem, quia habet dominium altum in bona subditorum; non autem in eorum vitam. (*)

Equidem tenetur Iudex iudicare secundum allegata testimonia; & iudicare ut persona publica, quae sequi debet sententiam publicam, si nempse iudicet. Ar in causa proposito non potest iudicare, condemnando, quia innocentem occidere per se malum est; neque abolvendo, quia iudicet probatur reus.

Idem die de mutilatione: quia resp. non potest hanc poenam innocentem inferre, non enim habet dominium vitae & corporis suorum subditorum. Quare nec minuter iustitiae potest executionem mandare sententiam mortis vel mutilationis, quam certo scire esse iniquam; sicut enim per se malum est iurare occidi innocentem, ita & haec iusta exequi.

Resp. 2. In causis civilibus, & in his, in quibus agitur solum de penis pecuniariis, ex communi sententia, Iudex potest iudicare secundum allegata & probata. Quia resp. habet dominium aium bonorum privatorum, vi cuius potest de illis disponere, quando bonum publicum id requirit, ut in hoc casu; ne cum populi scandalo forma seu ordo iudiciorum publicorum eveniant ac impediatur, cuius quidem observatio necessaria est in pace & quiete tenet. Nam iniqui Iudices possent in pace contra allegata & probata, praetextu scientiae privatae, jus recusatere lites; quibus vellet. Deinde nemo civium esse factum a Iudice per talem sententiam; cum videtur se ab illo iurari non posse, neque pari esse ut Iudex potius officium deserat, quam sententiam ferat. Denique innocens potest hanc bona postea recuperare. Tenetur tamen iudex in hoc casu prius omni industria curare, ut falsitas detegatur, vel ut processus impediatur, immo remittente causam ad superiorem, si fieri possit sine detrimento boni communis.

Quest. III. An peccat & tenetur ad restitutionem Iudex, qui verum condemnans ex cognitione iniuste extorta?

Resp. Affirm. Ita Covarruv. Sop. Gomez. Lessius, Sanchez, Delugo & alii. Quia iniuriam quam fecit, notitiam iniuste extorquendo, constituit hac tenendo, & dat iniuste causam damni, quod ex illa sequi

sequitur. Praeterea confessio iniuste extorta est iniusta, & sic nullum dat jus; nec ex ea procedi potest, cum iniustum sit medio iniusto uti.

Confessio autem criminis iniuste extorquetur, r. Si Iudex reum interrogat, nullo procedente infamia, vel semiprobatone, aut sine iudicis competentibus. 2. Si tormentis vel eorum metu elicit confessionem sine iudicis sufficientibus ad torquendum. Nec refert, quod confessio fuerit posttridie ratificata, quia cum fuerit irrita, nullis est ratificatio ex ea orta. 3. Si periculis non poterat torqueri ob terratam, vel infamitatem, vel privilegium ac dignitatem. 4. Si dolo, v.g. promissione impunitatis inducitur ad eum ad confitendum; nam tunc ei facta est iniuria.

Quest. IV. An licet Iudici munera a partibus accipere?

Resp. v. Non licet Iudici quidquam accipere pro ferenda sententia sive iusta, sive iniusta. Non pro iusta: quia ex iustitia cum debet, & sic venderet quod suum non est, sed quod alteri debitum est; & acciperet contra jus quod alter debet, & sic vendit obineat sine suo sumptu. Ideoque sic accepta restitueret tenetur, cum nullum habet titulum retinendi non enim haec liberaliter & omnino voluntario donantur, sed ad vexationem iniustam redimendum. Neque pro iniusta, ut patet; nam (ut ait S. August. epist. 24.) *Cum iudicia & testimonia, quae nec iusta & vera vendenda sunt, iniuste & falsis venduntur, & multa scelerata etiam quaevis a volentibus dantur, quia scelerata etiam quaevis a volentibus dantur.* Et sic accepta restitueret tenetur, quia accipiendo iniuste agit contra officium; & Clerus Gallicanus an. 1700. oppellum damnavit. Spectato autem: solore iure naturali, & ante omnem sententiam restitutio fieri debet ei, qui dedit, juxta illud S. August. epist. cit. *Recipe quod tibi dum tibi male adfuerit, dediti.*

Resp. 2. Neque licet Iudici munera liberalia, & sponte ac sine ullo onere oblata a partibus accipere: quia id prohibetur iure communi humano laicis, l. 18. 9. de offic. Praefid. & l. 6. 9. de offic. Proconsul. & Archiep. *Ut Iudices sine quoquoque suffragio Ecclesiastici vero, c. 10. de vit. & honest. & c. 11. de rescript. in 6. Imo, ut docet Delugo, etiam iure naturali, si minus sit magni momenti, tunc ob scandalum, tunc ob periculum morale pervertendi iustitiam, quod quique vitare tenetur: nam moraliter loquendo fieri non potest, ut ob donum illud non propendat in favorem donantis, idque iudicari debet a communitate contingentibus. Hinc illud Deut. 16. *Non accipies personam, nec munera; quia munera caecant oculos sapientium, & mutant verba iustorum. Iuste quod iustum est, persequeris.* Et Eccl. 10. *Dona caecant oculos Iudicium.* Adde quod dms, sepe non deo omnino sponte plus faverat parti adversae, aut morae trahat, licet de pro eadem iustitia debito. Cum autem dissentiant Doctores circa obligationem restituendam ante omnem sententiam sponte ac liberaliter, nec ad vexationem iniustam redimendam donata; quae offerri debet iudicem obligare ad talem restitutionem: tunc quia tali poena dignus est, & per eam advocandus est a relapso.*

Not. 4. Sont qui crepiunt leviora munuscula, in

quibus corruptionis periculum absit, quae ex urbanitate offeruntur, nec nisi quod iustitiae recalcantur. Quia cessat ratio prohibitionis, & l. 11. 6. de offic. Praefid. & c. 10. de rescript. 6. De delegatus potest recipere ejusdem, vel potentium mera liberalitate oblatoem, quod paucis consensu possit dibus. Sed multi docent Judices seculares nihil omnino posse a partibus recipere, eo quod leges distat, comesta: sint per sui autenticum, quo prohibetur Iudicibus universis munera accipere; *Aut. Ut Iudices sine quoquoque suffragio.*

Quest. V. Quid Iudici servandum circa Inquisitionem?

Nota. Triplex est Inquisitio. Prima Generalis, quando in genere quaeritur, an leges serventur. Secunda Specialis, cum de certa persona & certo crimine inquiritur. Tertia Mixta: cum inquiritur generalitatem de persona, & specialiter de crimine, vel e contra.

Resp. 1. Iudex & Magistratus nulla data occasione ex suo officio potest ac debet facere inquisitionem generalem, ex c. 10. de offic. Iudic. Quia ex officio tenetur prospicere bono communi, occasionem criminum tollendo, crimina puniendo in aliorum exemplum, & aliunde nemini sit iniuria.

Resp. 2. Quando crimen est publicum, sed auctor ignoratur, Iudex debet quaerere in genere quis parit: nam id exigit bonum publicum; alioqui scelerati homines sine impunitatis invalescant, & crimina multiplicentur.

Resp. 3. Non licet Iudici contra aliquem facere inquisitionem specialem tendentem ad punitionem, nisi praeserit infamia, vel semiprobatone, vel aliquod quod iustam det causam, ex cap. 21. & 23. de accusat. & est: communitis sententia. Nam per illam inquisitionem quos suspectus & infamis redderetur.

Quest. VI. Quanam requiruntur ad subjiciendum torturae reum?

Resp. v. Ex communi sententia, illae torturae sunt iniustae, quae sustinere est deo moraliter loquendo impossibile, spectatis viribus & complexione. Unde non potest Iudex ex confessione sine extorta procedere. Peccat etiam graviter, si non prius alias omnes mitoros detegende veritatis vias tenet, quam torturae subiciat: cum hoc sit postremum medium in defectum aliorum; damnosum & valde periculosum.

Resp. 2. Ad torquendum reum, qui jure non prohibetur torqueri, ex communi requiruntur probationes vel indicia de commisso gravi crimine, digno poena mortis, tali medio & cruciatu congruentia; ita ut sola confessio reo ad plenam probationem deesse videatur. Nam tortura instituta est ad subsidium probationis: cum argumentis & indicia sunt valde magna, necdum tamen sufficientia, ut sine plena probatio eliciatur.

Porro prohibetur torqueri, nisi in criminibus exceptis, viri illustres, vel in magna dignitate constituti, Deo, Re, milites, senes, impuberes, praegnanter, & non tam confirmata a partu.

Resp. 3. Semel tortus, si nihil est confessus, non potest iterum torqueri, nisi nova criminis indicia superveniant; quia per torturam priora elicit. Si vero crimen in tortura factus, extra eam revocet eorum Iudice, repetitur tortura; quia per talem revocationem indicia non sunt elisa, & alioqui tortura semper esset inutilis. Si vero tertio tortus ac confessus,

tertio retractat, absolvens est: quia praesumendum est vi tormentorum coactam fuisse confessionem falsam. Excipiunt aliqui, nisi indicia sint gravissima, quae violentiam praesumptionem pariant, crimen matitiose a reo negari.

Quaest. VII. An sententia Judicis obligat in conscientia?

Resp. 1. Sententia iusta semper per se obligat in conscientia. Est communis sententia. Quia est praecipuum legitimum superioris, & usus potestatis legitime, cui qui resistunt, Dei ordinationi resistunt, & sic ipsi sibi damnationem acquirunt.

Resp. 2. Secundum communem, sententia certo iniusta per se non obligat. Si consistit nisi falsa praesumptione, ut falsis probationibus, quamvis lata sit secundum allegata & probata. Quia nulla est cum nitatur falso fundamento, ideoque nulla: neque enim Iudex habet potestatem disponendi de iuribus & bonis aliorum, sed solum reddendi unicuique jus suum, & declarandi quid cuiusque debitum sit. Nec bonum exigit, ut privati amittant reipsum suum per sententiam iniustam. Praeterea cum sententia sit actus iustitiae, cuius est suum cuique tribuere ad aequalitatem: non valet, nec obligat si veritati iustitiae non conformetur. Si sit iniusta ex omissione debiti ordinis iuris quoad essentialia & formae iudicialis: quia iudex non habet potestatem ferendi sententiam, nisi servato iuris ordine. Iniquum iudicium non est iudicium, ait S. Th. 2. 2. q. 70. art. 4. ad 2. Hinc qui per iniquam sententiam, quam sciebat esse iniquam, accepit bona alterius, tenetur ea restituere, nec unquam praescribere potest. Quia sunt aliena, & possessor male fidei unquam praescribit; imo tenetur impensas & damna compensare. Qui vero bona fide aliquid accepit per sententiam iniustam, quam putabat iustam, si ante tempus praescriptionis requisitum cognovisset iniustam, restituere tenetur accepta; non tamen impensas, nec fructus bona fide consumptos, saltem si his non sit factus ditor. Quod si ea possedit bona fide toto tempore ad praescribendum sufficienti, non tenetur restituere, quia legitime praescripsit.

Sententia tamen iniusta servanda est, quantum requiritur ad vitandum scandalum, perturbationem, & incommoda graviora. Nec licet per vim se defendere contra Iudicem, & eius ministros, cum servatus est iuris ordo: quia Iudex habet jus exequendi sententiam, quam servati iuris ordine tulit. Imo nec est licet in praxi, si non servatus sit, quando inde perturbatio vel scandalum secuturum est, ut plerumque fit.

Quaest. VIII. Ad quid tenetur Iudex circa poenam impositionem?

Resp. Ex communi sententia, si lex poenam imponit, tenetur Iudex facta insufficienti probatione crimen declarare, & poenam per legem impostae executionem procurare: si vero lex minetur tantum poenam, tenetur Iudex eam imponere, & executioni incumbere. Nam Iudex est minister & executor iustitiae a principe vel reip. constitutus, ad curandum ut serventur leges, & puniantur crimina; unde ex officio ei incumbit custodia & executio legum, & punitio criminum. Quare non potest remittere poenam lege statutam, nisi in casibus iure expressis aut consuetudine receptis; nam inferior non potest dispensare in lege superioris. Praeterea est contra bo-

num commune, quod delicta maneant impunita, aut non satis punita: nam est mortalis occasio ut multiplicentur. Imo ipsi supremo principi non licet condonare crimina nisi aliquando ex iusta causa, alioquin occasione praeretur parandi crimina, & ita cooperaretur, cum maxima peccandi illicite fit impunitas, sicque magnum reip. damnum inferret. Iudex vero ne quidem potest minuire poenam, etiam si actor consentiat, nisi quando delinquens etas, infirmitatis, vel modis delinquendi gravitatem criminis mitius, aut iusta aliqua ratio id possit, vel id ad bonum commune pertinere, dicitur epykia. Item non est licet, saltem ordinariarie argere poenam lege statutam, aliqui iniuriam inferret reo, a quo maiorem poenam exigeret, quam ex lege deberetur: nam lex poenam statuens, eo ipso Iudicis potestatem restringit, ne graviorer imponeret. Aliquando tamen potest argere poenam propter extraordinaria circumstantias, quae crimen tantum aggravat, ut si crudelissimo genere mortis paratum fuisset homicidium, &c. Quia lex statuens poenam, loquitur de delictis ordinariis, seu ordinario modo paratis; nec excludit Iudicis providentiam, quantum ab bonum commune, & aliorum exemplum necessaria est.

§. II. De accusatore.

Nota, Accusator & denunciator inter se differunt. Nam accusare est deferre crimen Iudici ad vindictam vel bonum commune, cum obligatione crimen probandi: denunciare vero est deferre crimen praecipue ad emendationem rei, vel ob bonum commune, sine obligatione illud probandi.

Quaest. I. An & quis tenetur accusare vel denunciare?

Resp. Ex communi sententia, qui ad hoc deputati sunt, vel stipendium accipiunt a rep. ut fiscales, & custodes ac vigiles, tenentur ex iustitia deferre crimen, ac probe ad damna ex omissione delationis secuta. Item custodes agrorum, nemorum &c. saltem quantum necesse est ad vitandum damnum domini, vel illatum lesarandum; nam ad id tenentur ex officio; & contractus, seu quasi contractus intercedit inter eos & reip. seu communitatem, ut ad id teneantur. Alii vero privati accusare seu potius denunciare tenentur, etiam circa superioris praecipuum, quando crimen est noxium reipubi. & adhuc pendet in futurum, vel continuandum putatur, ut haereticis, proditoribus, falsis monete fabricatoribus, criminosis lesae maiestatis, veneficium, & publicum latrocinium &c. Nam quisque tenetur, etiam cum proprio damno, malum communitatis avertere quantum potest: pars enim tenetur etiam cum proprio detrimento prospicere incolomunitati totius. Item cum id necessarium est ad averendum grave damnum innocentis: nam caritas obligat ad impediendum grave malum innocentis, dum sine nostro gravi incommodo possimus, quamvis inde malum impendat reo, qui innocens praescribi debet voluntarie nocenti. *Libera cum qui iniuriam patitur de manu superbi.* Eccl. 4. Nec tunc praemitti debet secreta monitio, nisi certo constet per eam malum impeditum iri. Nam in re tanti momenti eligi debet id quod tunc est bonum publico vel innocenti: facile enim potest talis privatim monitus simulare praesentiam, & occulte exequi quod statuerat; & quisque iure naturali obligatur

ad defendendum innocentem ab iniuria hominis nocentis, etiam cum aliquo damno nocenti, qui sibi illud impurare debet, cum aliter iniuria impediti nequit.

Qui crimen probare nequeunt, non debent accusare: quia ad hoc nullus tenetur, quod non potest debito modo persolvere, ait S. Th. qu. 18. art. 1. Sed tunc debet admonere eos, qui malum impendens avertere possunt, & si haec monitio sufficit ad impediendum damnum, non nominata persona, a qua illud imminet, non licet eam nominare. Quia neminem licet sine necessitate ledere in fama aut aliis bonis, praesertim privata auctoritate.

Sed si delictum sit occultum, & probari possit, sed ex eo non impendat damnum, & speretur proximum emendandum privato monitis, & ad debitam satisfactionem inducendum; an privato licet eum accusare, non praemisit monitione secreta?

Resp. Iuxta multos non licet: quia tunc sine iusta causa infamaretur proximus, & hoc saltem repugnat caritati. Sed S. Thom. in 4. dist. 39. art. 3. qu. 1. ad 4. postquam horum sententiam retulit, addit: *Vel dicendum secundum alios, quod in accusatione non agitur ad emendationem peccantis, sed ad bonum commune, scilicet iustitiam conservandam per punitionem delinquentis.* Et ideo accusatio in iudicio bona conscientia potest fieri, etiam si monitus non praecedat. Nec est contra praecipuum Domini, quod intelligitur, quando agitur ad emendationem peccantis.

Quaest. II. An accusator aliquando tenetur deferre ab accusatione?

Resp. Tenetur quando deprehendit accusatum esse innocentem, vel cum crimen incipit esse dubium, & tale remanet post diligentem veritatis inquisitionem; vel cum videt se probare non posse: tunc enim iniuriam inferret, si pergeret in accusatione: nam quisque jus habet ne accusetur crimine falso, aut dubio, aut etiam vero, quod probari nequit, nam frustra accusaretur, & sic sine causa ei inferretur infamia.

§. III. De Testibus.

Suppono ad legitimam & plenam in iudicio probationem regulariter requiri, & sufficere duos testes, ut constat ex omnium sententia & praxi, & ex Matt. 17. In ore duorum vel trium testimonium est omne verbum.

Dico regulariter, nam aliquando unus sufficit, ut ad impediendum matrimonium c. 25. de sponsalibus item ad leviores poenas: unde ex testimonio publici custodis maldarii solent furantes ligna in sylva communi, & in religionibus leves penitentiae impositae fieri ad bonum commune. Ita *Dirige*. Aliquando vero duo testes non sufficient, ut in testimonis &c. Testes autem debent sensu externo percipisse id de quo testantur, & de eodem facto cum hisdem circumstantiis deponere, & esse omni exceptione maiores, hoc est, contra quos nihil iure opponi possit, car non sint ad testificandum admittendi.

Sunt autem aliqui qui iure rejiciuntur, nimirum, 1. Servus. 2. Mulier iure canonica in criminalibus, sed in iure civili in omni causa admittitur, 3. Minor 10. annis in criminalibus, in civilibus autem

impubes. 4. Inimicus. 5. Confanguineus, & domesticus affinis, exceptis quibusdam casibus apud Lessium. 6. Aforis. 7. Perjuri. 8. Socii criminis. 9. Persona virilis & inops, de qua suspicatio est facile posse comitari, scens si honesta sit. 10. Delirus, somnolentus. Ex quibus tamen ii, qui solo iure positivo sunt ad testificandum inhabiles, possunt admitti in criminibus exceptis; ut haereticis, crimine laesae maiestatis, falsae monete, maleficio, furto famulo &c. Item quando delictum est commissum ex tempore, & in eo loco, ubi copia testium haberi nequit, ut in campo, sylva, cubiculo, nocturno tempore.

Quaest. I. An & quando quis tenetur testificari?

Resp. 1. Ex communi sententia, est obligatio loqui mortali, 2. Quia hoc necessarium est ad averendum grave malum impendens spirituale vel temporale publicum, vel privatum innocentis, quamvis id non requiratur a Iudice. Nam tunc tenetur denunciare, ut dixi, & caritas graviter obligat ad proximum ab iniusto damno liberandum, & ad damnum iniustum proximi liberandum. Ita S. Thom. 2. 2. qu. 70. art. 2. addens: *Si ejus testimonium non requiratur, tenetur facere quod in se est, ut veritatem denuntiet alicui, qui ad hoc potest prodesse.* Dicitur enim in Psal. 118. *Erupit pauperem, & regem de manu peccatoris liberavit, &c.* Prox. 14. *Erue eos, qui dicuntur ad mortem.* Super his vero quae pertinent ad condemnationem alicujus, non tenetur aliquis ferre testimonium, nisi cum a superiore compellitur secundum ordinem iuris. Quia si circa hoc veritas occultetur, nulli ex hoc specialiter damnum nascitur, vel si imminat periculum accusatori, non est curandum: quia ipsi in hoc periculo sponte se ingerit. Alia autem ratio est de reo, cui periculum imminet, ea nolent. Si tamen accusator ex obligatione accusat, v. gr. quia crimen reip. vel religioni directe periculum erat, quale est haereticis, conspiratio contra principem; tunc debet ejus damnum vera testificatione averti.

2. Postio praecipio superioris, vel iudicis, exceptis casibus mox dicendis. Nam omne praecipuum iustum obligat in conscientia, & bonum commune id exigit; aliquo enim crimine saepius impunita manerent, & iustitia non posset admittitur, cum gravi reip. detrimentum.

Porro secundum multos testes legitime interrogatur, ideoque tenetur testificari, quoties praesertim vel accusati, vel denunciati, vel quaelibet alio portectis; nec ad hoc requiritur (licet a fortiori sufficiat) infamia delinquentis, aut semiprobatio, aut indicia, sicut requiritur ut reus ipse legitime interrogetur. Quia bonum commune potius ut Iudex habeat tunc ius interrogandi: nam aliquo namquam potest puniri crimen certum, cuius auctor est occultus, & esse plurima crimina forent impunita, quod est contra bonum publicum. Plus autem requiritur, ut quis tenetur testari contra seipsum, quam contra alium extraneum; potestque facile haberi semiprobatio abique confessione rei, quae vix ac ne vix dum habetur abique testimonio testis.

Resp. 2. Etiam post praecipio & monitorio, non tenetur ex communi sententia testari nec deferre; 1. Qui rem mortue ex confessione sacramentali. 2. Qui rem accepit sub secreto naturali, contenti vel auxilii petendi causa, ut Advocatus, Theologus, Medicus, Obsterix, Chirurgus &c. Nam tunc est obli-

obligatio naturalis servandi secreti: alicuius peccatores a consilio petendo averterentur; unde desperatio & multa mala sequi possent: nec tunc est intentio iudicis ut reveles, cum bonum publicum & conservatio societatis civilis exigat secretum servari. Excipe, nisi testificatio necessaria sit ad averendum imminens grave damnum communis, vel privati innocentis: tunc enim tenetur aperire secretum etiam juratum, quod tunc non obligat, cum sit de illicito. Nam quisque tenetur, saltem ex caritate, impedire grave damnum publicum, vel privatum innocentis, qui reo preferendus est. Ita comm. cum S. T. b. Alii autem qui delictum viderant, vel ab aliis audiverunt, & postea jurant non revelaturos, tenentur obedire praecepto, etiam si non agatur de damno aliorum evitendo: nam qui secluso iuramento vel promissione tenentur revelare, adhuc tenentur non obstante iuramento, quod tunc non obligat, cum sit de re illicita & contra jus superioris. 3. Qui rem accepit a viris non fide dignis, quia haec testimonio nullam in iudicio faceret fidem, 4. Si scias alterum non peccasse mortaliter: nam mens iudicis inquirere de relictio graviter culpabili. 5. Si ex tua testimonio tibi vel tuis immineat grave damnum, nisi bonum publicum cum exigat, vel nisi privatum damnum alieum impediendum tuo longe praevaleat, ita in secundum regulas prudentiae & caritatis tenaris illud subire. Nam leges humane ordinarie non obligant cum gravi nocumto suo damno. 6. Pater, filius, maritus, uxor, fratres, forores, consanguinei vel affines delinquentes usque ad secundum gradum iuxta aliquos; & iuxta plures usque ad quartum, ex cap. Si testes 4. qu. 3. referente legem Jul. 4. si de reprobis. tunc quia ordinariae ad diffusiones in familiis: tunc quia ordinariae in fieri nequit sine gravi damno revelantis ob conjunctionem. Excipe semper crimina laesae majestatis, haereticis, veneficis, allave, quae communitati grave damnum afferent, nisi revelarentur.

Autem famuli a domesticis eximantur a testimonio ferendo contra dominum, controversitur. Sed in hoc standum est praxi fore contentioni, in quo si illorum exceptio non additur, testari tenentur.

7. Quando per mandatum inenditur solum emendatio rei, vel satisfactio partis laesae, qui novit crimen, non debet illud aperire ante praemissam probationem, nisi conder non profuturam. Nam praecipuum correptionis fraternae tunc urget: & cum sit juris naturalis ac divini, ejus obligationem tollere nequit praecipuum humanum. Quod si reus nonnullus respicit, & satisfacti, non licet eum de nonnare. Quia diffamaretur proximus sine justa causa; nec superior invenit velle tunc revelationem, cum jam ejus intentioni satisfactum sit. Si vero iudex intendat punitionem, secundum multos tenetur subditi reum parascere etiam post ejus emendationem, quia bonum commune id exigit: alicuique enim crimina sepe manent impunita, & sic in perniciem reip. multiplicentur.

8. Monitorium non obligat ad revelationem ipsam auctorem criminis, nec cooperatores; possunt tamen per censuras compelli ad satisfaciendum parti laesae.

9. Si crimen per illatam injuriam, v. gr. litte-

ras aperiendo, cognovisti: quia haec injuria conventioni de secreto servando aequivalere, nullam jus ex injuria oritur ibi.

Nota. Qui intra tempus in monitorio praecipuum non revelavit, cum debuit; peccavit mortaliter, & excommunicationem latam contrahit, teneturque quam primum commode poterit, revelare, si hoc adhuc prodesse potest; *Et communitis.* Quia non cessat obligatio cessante termino, quando terminus non ad finendam obligationem, sed ad eam sollicitandam apponitur, quando hic fit. Et talis adhuc manet in peccato inobedientiae, & potest obedire praecepto: ergo tenetur.

Quest. II. Quandoquidem testis peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem?

Resp. In his casibus, 1. si affimet ut verum id quod non certo novit, 2. si dum testari tenetur, occidit se, ut interrogatur. 3. Si iudicis legitime interroganti non obediatur. 4. Si veritatem occultet, c. 1. de crim. falso. 5. Si pro dicenda veritate pretium accipiat; non tamen pro labore litensis, impensis, vel lucro cessante. 6. Si fallum testetur, quod est grave scelus, ex Prov. 6. Sex sunt quae odit Dominus, in primis testimonium falsum, & c. 23. Testis mendax peribit. Praeter praecipuum peccat contra justitiam, & tenetur restitue omnia damna inde facta: immo & revocare testimonium cum pari suo damno, & periculo etiam vitae, si accusatus de eo perlicetur; & retractatio potest profutura. Quia per injuriam est causa effugae periculi & damni alterius & in damno equali melior est conditio innocentis, ejusque potius habenda ratio. Hinc etiam qui alium induxit ad falsum testimonium tenetur ex justitia cum moneri, ut illud revocet: quod si noluerit, tenetur qui induxit, rem totam aperire iudicis, etiam cum periculo vitae, si innocens illud subeat, & spes sit, retractationem profuturam, quia est causa iusta talis periculi, & damni.

Porro testis, qui bona fide testimonium est falsum, tenetur ex justitia suum testimonium retractare, si ex eo sequatur damnum alteri. Ita Molina, Delugo, Lessius, & alii. Quia quisque tenetur ad procurandam, nec ex sua actione sequatur aliis damnum injustum.

Peccant similiter contra justitiam, & tenentur de damno, qui falsa instrumenta conscribunt, aut vera adulterant, & his ad averendum iudicium utuntur. Item qui aliquam scripturam, vel syngrapham, aut apocham adulterant, peccat mortaliter, etiam si illa sicut ad manifestam injuriam populandam, & luum jus certum recipiendum: quia illa faciens decipit temp. in re gravi, ac nocet publicae fidei: unde id graviter legibus vetitum est. Hoc tamen casu non tenetur ad restitutionem, cum habeat jus certum ad rem hac vice accipiam. Idem dicit de eo, qui scripturam publicam amittit, si pro sua indemnitate aliam similem efficit: nam ejusmodi scripturatum falsificatio est valde perniciosa reipublicae, cuius maxime interest, ne falsificentur scripturae, vel sigilla publica; alicuique magna ex parte periret fides actuum publicorum, si hoc licitum esset. Quare lex id vetans, cum iusta sit, & in materia gravi graviter obligat.

Quest. III. An tenetur ad restitutionem, qui a iudice etiam in generali citatus peccat, vel testimonium fraudae declinat, vel veritatem velicit?

Resp.

Resp. Communior sententia asserit. Quia respublica imponit onus ac officium ferendi testimonium post citationem; & sic qui aliquid scit tenetur ex officio sibi imposito tamquam publica quaedam personae veritatem testari, sicut qui a rep. invitatus constituitur iudex, tenetur ex justitia iudicare. Praeterea lex ac iustum praecipuum iudicis tribuit auctori ac reo jus ad testimonium alterius, sicut sententia iusta resultat ab bona alterius. Alioquin quilibet saepe frustra suu haberet implorandi auctoritatem iudicis. Quare si testis veritatem taceat, injuriam facit, & sic tenetur restitue damnum inde pari lesae factum.

Item qui subrahit, supprimit, lacerat, vel tradere reitit instrumenta alteri profutura ad suum jus obtinendum, tenetur damnum restitue, cap. Si quis 22. qu. 2. etiam si sit in favorem adversarii, ex cap. 4. de reprob. ubi Alexander III. ait: Quod nemo debet adversario instrumenta subtrahere; & quod nam vile qui supprimit instrumenta, quam qui adversario parum advocacionis copiam subtrahit, iniquam ostendit a se litem moveri, & experiri debet in se iudicis auctoritatem eiusdem.

Quod si fugias, vel te occultes atqueam ceteris ad testificandum, iuxta multos peccas etiam contra justitiam; & tenetur ad restitutionem. Sed hoc negant alii, eo quod jus, quod oritur parti ex tuo testimonio, procedat ex solo praecipuo, & praecipuum non obligat atqueam impositum. Peccas tamen, saltem contra caritatem: nam haec obligat ad impediendum grave damnum injuriam proximi, cum potest impediri saltem sine gravi nostro damno.

§. IV. De Reo,

Quest. I. An reus tenetur fateri veritatem?

Resp. 1. (Vid. N. 375.) si reus non interrogetur legitime seu juridice, non tenetur fateri suum crimen; sed potest iudicem eludere, alique tamen mendacio. Quia iudex non habet jus interrogandi reum, nisi cum procedit iudicis. Ut autem interrogetur juridice seu secundum ordinem juris, requiritur ut praecedat vel infamia, vel indicia competentia, vel templa probatio seu assertio unius testis omni exceptione maioris, ex cap. 21. & 24. de accusat. quamvis iuxta multos ad interrogandos testes ab accusatore productos sufficiat accusatio. Quare iudex debet reo aperire statum causae, probationes, indicia, testes, ut sciat se juridice interrogari; & ut si quid contra habeat, possit apponere.

Resp. 2. Reus a legitimo iudice juridice interrogatus, tenetur sub mortali aperire veritatem & crimen suum fateri, etiam si morte plestendus sit, alicui cum vitaturus. Ita S. Tho. 2. 2. qu. 69. art. 1. Covarruvias, Cajetanus, Navarrus, Sorus, Toletus, Azor, Lessius, Sanchez, Layman, Turrian. etique communis sententia, teste Delugo, contra alios docentes non teneri, si alias sit spes evadendi; secus si abiit.

Prob. Quia iudex in hoc casu habet jus interrogandi, & exigendi veritatem ob bonum publicum: ergo reo inest obligatio eam satendi, scilicetque contra jus iudicis, auctoritatem & justitiam publicam, si eam occultet. Nam jus in iudice ad interrogandum reum, exigendamque ab eo veritatem, & ob-

ligatio in reo ad illam clare detegendam, sunt due correlativa, quorum unum sine alio esse nequit. Et vero si reus non tenetur veritatem fateri, non posset iudex torrens adigi ad eam confitendum, cum iniquum sit torrens compellere aliquem ad id, ad quod non tenetur. Praeterea quisque sub mortali tenetur superiori legitime praecipienti obedire in re gravi; ar iudex est superior, & legitime praecipit, dum secundum juris ordinem interrogat reum. Unde de Catech. Rom. de octavo praepcepto ait: De reis autem & sordibus suis eos Deus verum confiteri, cum ex iudicis formula interrogantur. Jam vero praecipuum humanum iustum, cui per se consensum est periculum mortis obicit, cum tali periculo; alicui nunquam per se obligaret. Item praecipuum humanum obligat cum periculo vitae, dum hic ob bonum commune grave & necessarium. Bonum autem commune exiti, ut crimina puniantur, & ut reus juridice interrogatus verum fateatur, & alicui saepe iudicia eluderentur cum magno reip. damno, & multa crimina impunita manerent, unde facilia pullularent: Et dicrimen est inter reum & telem: quod hic fit innocens, non ille.

Neque dicas, iudicem habere jus praecipendi reo ad mortem condemnato, ne fugiat & carcere, & tamen reo licet fugere. Nam si iudex habeat jus reo hoc praecipendi, & revera praecipit, tunc non licet reo fugere; quia peccatum iustum ac legitimum violare per se illicitum est, adeoque nequidem mortis vitandae causa licitum esse potest. Sed hoc praecipuum non est necessarium bono communi, sicut est praecipuum clare consenti veritatem, quia facile haec fuga aliquid potest.

Neque etiam obstat, quod testes a iudice interrogati veritatem revelare non tenentur, si inde sibi aut suis grave detrimentum timeant. Nam tunc jus iudicis in tali casu non se extendit erga testes, sicut erga reum, nisi hoc necessarium sit ad impediendum grave damnum communis: testes enim utpote innocentis, jus habent vitae, bona sua & consanguineorum conservandi; non autem reus ob crimen a se peccatum & se ipsam iam probatum.

Denique reus non potest evadere nisi mentiendo; omne autem mendacium in iudicio iusto circa crimen, est mortale, cum sit in re gravi & contra justitiam. Ille qui mentitur in iudicio se excusando, facit & contra dilectionem Dei, cuius est iudicium, & contra dilectionem proximi, cuius est iudicium, quia dicitur, qui dicitur negat, tum ex parte accusatoris, qui periturus, si in probatione deficiat. Unde & in Psal. 144. dicitur: Ne declinet cor meum in verba malitiae, ad excusandas executiones iniquitatis, ait S. Th. 9. ar. 2. ad 3. Adde quod a reo exigatur iuramentum de dicenda veritate. Quare non potest absolvi reus, nisi veritatem aperuerit saltem ante sententiam: nam quamvis iudicium durat, censur eadem interrogatio iudicis durat, adeoque eadem satendae veritatis obligatio, & negatio in illa iniusta causam injuriam tuerit. Ita communiter Doctores, teste Sanchez contra dicente.

Imo iuxta Cordub. Navar. Caballut. & alios, etiam post sententiam mortis tenetur. Sed hoc alii negant; nisi necessarium sit ad averendum grave malum publicum aut privatum, eo quod, sententia lata, iudicium sit finitum; & statio iudicis solutur rei obligatio ad respondendum: nam cessat finis in-

ret.

terrogantis, qui est rei damnatio vel absolutio. Item, lata sententia, cessat proferri interrogatio Judicis; immo ipse jam non potest interrogare, quippe qui functus est officio suo, exc. 10. de fide instrum. & ex l. 55. de re judic. ibi. *Judex postquam se mel dixit sententiam, iudex esse desinit.* Neque hoc confessio rei necessaria est ad securitatem conscientie Judicis; nam si iudicaverit secundum allegata & probata, securi sunt absque tali confessione; si fecus, ea nihil ipsi profest ad solatium. Nec inde sequitur infamia Judicis ut aliis, cum omnibus notum sit, solitos esse reos crimina negare. Reus tamen post damnationem tenetur crimen fateri, si ejus confessionem exigeret bonum commune vel publicum amonio, vel si esset periculum, ne quis postea innocens eodem crimine accularetur & damnaretur, nam caritas exigit, ut proximi damnum grave impediamus, cum postsumus sine nostro gravi damno. Porro confessio Doctorum, reum, si absolvarur, non teneri apud Judicem consisti crimen fument, sed est sufficit confessio facta mentalis cum debita conscientia, quia jam est extra Judicis potestatem.

Resp. 3. Reus interrogatus tenetur etiam complere seu factos sui criminis patefacere, si contra eos stent indicia suspensiva, vel unius testimonium aut insania, vel si ejus crimen ex se sine sociis fieri nequeat, & bonum commune exigit ut detegatur; nam tunc legitime interrogatur de illis. Secus, si ista omnia desint, quia tunc non interrogatur legitime, ex l. ult. Cod. de accusat. & c. 1. de confessi, nisi crimen exceptum sit, & in publicum periculum tendens, ut haresis, crimen laice majestatis, proditione, publicum latrocinium, veneficium, falsatio monete, vel committendum sit in private persone perniciem. Tunc enim tenetur complicem patefacere, saltem quos non scit esse emendatos, alioqui non absolvendus: quia hoc saltem caritas exigit. Item tenetur complicem detegere, dum legitime confuetudo obtinuit, ut etiam in privatis criminibus occultis, quae detegi republice interest, reus de complicibus interrogetur.

Resp. 4. Reus, qui ad vitanda tormenta saltem crimen sibi imponit, ob quod fit morte plectendus, peccat mortaliter. Quia est directe & positive causa moralis iniustae suae mortis, cum falsa sui infamacione directe moveat Judicem ad injustam sui occisionem: estque tam sui homicida, quam qui alteri falso testimonio mortem infert, est illius homicida. Cum autem homo non sit dominus suae vite ac membrorum, et nunquam licet dare iniuste causam destructionis ejus. Quare non potest absolvi nisi dicta revocet, etiam cum periculo quavis tormenta patiendi.

Quest. II. Quandoam licet reo appellari?
Resp. Licet si prudenter iudicet sententiam esse iniquam, vel quia est innocens, vel quia si fit notens, damnatus est ad poenam justo graviorem, nec est servatus ordo juris: nam cuique licet iustum praesidium contra injuriam sibi querere, cap. 52. de appellat. At et non licet, si paret contrarium; Cum appellacionis remedium non fit ad defensionem iniquitatis, sed ad praesidium innocentie institutum, c. 6. de appellat. Conc. Later. Alioqui faceret injuriam tum Judicis, cui eum iudicium imponit, & cuius officium impedit, tum adversario suo, cuius iustitiam quantum potest perturbat ac impedit. *In-*

qua est omnis appellatio, ad quam iustitia impio non cogit, ait S. Bernar. l. 2. de consider. c. 1. unde iniuste appellans tenetur omni iure ad impensas liti, & alia damna adversario inde secuta.

Quest. III. Quid licitum est reo circa poenam & fugam?

Resp. 1. Reus iuste damnatus ad mortem, quam vitare fugiendo nequit, ex communi sententia tenetur ad locum destinatum proficisci, collum parare, manus appendere, & facere ea, quae a ministro iustitiae commode fieri nequeunt. Quia haec actiones sunt necessariae saltem moraliter ad executionem poenae iustae, cum sine illis non possit saltem convenienter & commode poena iusta executioni mandari. Unde censetur iuste praecipii a iudice per sententiam mortis, ut convenienter exerceatur iustitia: & aliunde sunt de se indifferentes, nec ex natura sua connexa sunt cum morte. Non licet tamen reo exequi poenam mortis aut mutilationem, v. gr. venenum haurire, pectus gladio transigere, suspendio se profocare, se proficere e scala; quia seipsum directe occideret, quod nemini licet, sicuti nec se mutilare, & ista crudeliter in seipsum sapient, ac repugnant iuri naturali.

Resp. 2. Reo est vere nocenti licet ante & post sententiam fugere ad vitandam mortem, aut mutilationem, nisi se obligaverit ad permanendum. Ita communitur cum S. Thom. q. 69. ar. 4. ad 1. quia non conijcitur in carcerem, ut ibi tenetur sponte remanere: nam esset nimis grave ac durum tale praecipium, ob summam hominum ad sui conservationem a natura insitam inclinationem; nec hoc est necessarium ob bonum commune, nam potest facile aliter detineri.

Hinc regulariter licet reo fugere ad vitandam mortem, etiam si custos carceris grave damnum inde passurus sit; nisi iuramento, aut voto, aut speciali promissione se obligaverit ad permanendum, cum tunc utatur iure suo. Item licet fugere ne capiant, vel etiam a ministro apprehendente se excutere; non tamen vim inferre custodi vel ministris, percutiendo, vulnerando &c.

Resp. 3. Multi, immo, teste Delugo, Doctores communitur censent, reo licere vitandae mortis causa carcerem effringere. Quia cum fuga sit ei licita, licitum est etiam medium ad id necessarium: neque in hoc resistit formaliter Judicis, sed fugit periculum. Neque vim inferre potestati publicae, quia haec non est in vinculis & lapidibus, sed in iudice & ministris.

Negant autem eum tunc violare jus reip. sed praecipit uti iure suo. Dicuntque leges id ius capituli poena vetantes, l. 1. §. 6. de effrat. esse mere venales, & se habere velut vincula, quae reum poenarum metu continent. Unde non est puniitio proprie dicta, sed modus coercendi & retinendi reum, ne fugiat. Delugo vero ait, eas leges quoad mortis poenam esse iniustas.

An autem aliis liceat suppeditare reo instrumenta ad effringendum carcerem, negant Tolotus, Navarrotus, Valent. & alii, qui tamen faverent reo licere effringere carcerem, quia ita suppeditare est contra bonum publicum, exigens ut custodia publica sit firma ac tuta. Affirmant Cajet. Salon. & alii, quia licet consilium reo fugam utpote ei licitum, quidni & praebere media ad hunc finem necessaria? Item licet

et reo offendere viam & modum, quo possit elaborari Ergo &c.

Consentunt omnes id non licere officialibus & ministris iustitiae: quia agerent contra officium suum, quo tenentur diligenter reos custodire & iudicis subservire. Negant etiam omnes, teste Delugo, licere aliis reum juvare effringendo exterius carcerem seu portas, effundendo parietes, vel alia similia faciendo; quia custodiam publicam violarent, & alias nihil posset esse satis firmum ac tutum ad custodiam reorum, quod cederet in maximum reip. detrimentum. Si enim non licet effringere portas, vel parietes domus private, minus licet domus publicae, per quod publica potestas offenderetur. Et quamvis id liceret reo ipsi, propter naturale jus conservandi vitam, non tamen hoc licet aliis quibus id non necessarium ad sui conservationem.

Resp. 4. Reo ad mortem iuste damnato non licet resistere, nec se defendere contra iudicem vel executores sententiae. Quia resisteret potestati a Deo ordinate ad vindictam malorum, adeoque sibi damnationem acquireret, ad Rom. 13. Deinde iudex ac ministri habent jus puniendi reum & exequendi sententiam, & se sic resistendo fieret iniuria, nec potest esse bellum ex utraque parte iustum, scilicet ignorantia invincibilis. Ita S. Tho. q. 69. ar. 4. ad 2. addens innocenti iniuste seu contra ordinem iuris damnato licere resistere, sicut licet resistere latronibus, nisi propter scandalum vitandum, cum ex hoc aliqua gravis perturbatio timeretur.

Innocens vero damnatus per sententiam iustam in foro exteriori, utpote latam secundum allegata & probata, licet carentem veritate, tenetur poenam patienter tolerare, si non potest eam vitare sine resistencia publica, & scandalo; nam semper talis resistencia est illicita, quando sententia iusta est secundum allegata & probata: tunc enim iudex utitur legitime potestate legitima, cui non licet resistere; & habet jus aequivalendi sententiam. Ita Sor. Malder. Covar. Valquez, Sanchez. Lessius dicens esse fere communem sententiam. Quod si damnatus possit sine violenta resistencia & scandalo poenam effugere, tunc non tenetur ad illam sustinendam, cum sit vere innocens.

Resp. 5. Reo ad mortem damnato licet non fugere ex amore iustitiae. Imo mortem committere licet se iudici ultro sinitere, & occasionem iustitiae exercendae offerre. Nam sicut alteri licet suadere iudicis, ut publica auctoritate reo iustam mortem decernat; ita & reo idem licet ad satisfaciendum Deo & iustitiae publice.

Resp. 6. Ex communi sententia, damnatus ad exitium, vel ad poenam carceris, saltem non valde

molesti, tenetur to se conferre, & manere in exitio vel in carcere. Ita S. Th. Sanchez, Suarez assensent esse communem sententiam. Et proinde non licet aliis suppeditare ei instrumenta ad effringendum carcerem. Item damnatus ad multam pecuniariam, tenetur eam solvere, etiam antequam excutatur, si iudex expresse iubeat, ut sine alia monitione reus eam solvat. Quia haec poena non habet iniustitiam nec crudelitatem ex hoc praesidio quod a reo executioni mandatur. Reus autem tenetur per seipsum exequi poenam iustam non nimis acerbam, ad quam a iudice damnatus est, praesertim cum talis poena, ut est carceris, exilii, & impilae, non egeat executione alterius, nam quique tenetur parere iustae sententiae, & obedire superiori iusta & moraliter possibilis praecipienti.

Porro si reus ante solutam pecuniam moriatur; tenetur haereditas eam solvere: nam succedat in eodem onere bonis affixo. Cum autem iura dicunt poenam non transire ad haereditem, loquuntur vel de poena corporali, vel de poena, quae nondum fuit debita vivente reo.

Non pauci censent, damnato ad tirremes licere fugere, nisi data fuerit fides praesertim iurata manendi. Quia non tam damnatur, ut ibi maneat, quam ut detineatur: & quia nimis esset grave reum obligari in conscientia ad sponte manendum, quando fugere potest; cum in tirremis manere sit res durissima, quod extenditur ad perpetuum carcerem valde molestum. Nisi sit religiosus, nam ex communi sententia tenetur manere, quia ex voto obedientiae tenetur parere Praelato in hac poena iusta ipsi praecipiente.

§. V. De obligationibus Advocati. (1)

Dico secundum communem sententiam: Advocatus tenetur ex iustitia, 1. Habere competentem scientiam, qua valeat sufficienter iustitiam & merita causarum secundum iura cognoscere & proponere, cum pro idoneo Advocato se exponat: & ut talis stipendia accipiat; alioquin se committit periculo graviter nocendi alii.

2. Suo clienti praestare diligentiam debitam pro qualitate causae, & fidelitatem, eique indicare casus aequitate, vel iustitiam, probabiliter obtinendi, & periculum eam periculi. Nam haec omnia pertinent ad eius officium: & stipendium conductus est, ut utiliter, iuste, diligenter negotium gerat.

3. Abstinerre se a fraudibus, falsis probationibus, conviciis, & aliis iniuriis contra partem adversam: nam ei faceret injuriam.

4. Non

(1) Notandum hic, rescripta & Brevia pro exercendo Advocati minere; Monachis, etiam Canonice Regularibus nunquam concedi, quod est conforme Canonis Ex parte tua De postulando: Lambertinus de Synodo Dioecel. lib. 13. cap. 10. §. 22. nov. Edit.

Item: Secularibus Clericis, etiam Beneficiatis, cum & sacris Ordinibus initiatis conceditur, ut Advocatum exercere in Tribunalibus Ecclesiasticis, in laicalibus, & coram Iudice seculari, Antoine T. bel. Moral. Tom. II. p. II.

cum agitur causa propria ipsorum, vel Ecclesiae suae, vel miserabilium personarum. Quamquam in Brevis libere conceditur Sacerdoti seculari pauperi, ut libere causas civiles, & criminales agat, dammodo in criminalibus tantummodo rei patrocinetur; quin & tandem manus illud exercere permittitur, donec certis ecclesiasticis reditus ad congruam sustentationem sufficientes, vel Beneficium residentiale obtineat. Lambertinus de Synodo Dioecel. l. 13. c. 19. §. 22. nov. Edit.

4. Non accipere ultra pretium iustum, scilicet taxatum: vel si non fit, illud censetur iustum quod habetur tale iudicio prudentum, spectata qualitate negotii, perita Advocati, & labore, quem impendit, ac consuetudine approbata; nam excessus supra iustum pretium esse iniustum. Nec ei licet pacisci cum cliente de aliquota parte, si vincat, nempe ut pro pretio det, v. g. tertiam vel quartam partem illius, quod ex victoria consequetur: nam hoc prohibetur, l. 43. d. de pass. ne Advocatus, quia suas res agat, conetur per fas & nefas victoriam ob- tinere, & ne fraudibus occasio detur.

5. Non licet Advocato tueri causam, quam scit esse iniustam, vel nihil fere habere probabilitatis, ita ut semper apud Judicem rejiciatur. Nam inju- stum est, iniustitiam tueri, & alios ad eam indu- cere. Tamen ex causis civilibus aequae probabilitatis, iuxta multos, et licet alterutram tueri, modo cliens de periculo pendente iuste moveatur. Quia utraque pars habet sui preferendi suas rationes in iudicio per se vel per alium, & advocatus solum sui clien- tis iura proponit, non iudicat. Sed limito, modo cliens sit possessor, vel ipse Advocatus iudicet clien- tis causam esse probabiliorum, aut saltem talem vi- sum in iudicibus. Nam non potest agere causam contra possessorem, quam iudicat esse dubiam, & talem committere haberi ac iudicibus visum iri, qua non ei licet causam suscipere, nisi quam talem esse iudicat, ut eam possit probare iudici, & per- suadere ut pro illa sententiam ferat; hoc enim est advocati officium. At tunc non potest talem iudi- care causam, quam tenet esse dubiam; idque cer- tis ac clarior est, si causa sit contra possessorem, cum ipse sciat in dubio & pari causa meliorem esse conditionem possessoris, ideoque iniuste eum vexatum iri.

A fortiori in causa criminali dubia non licet tueri partes auctoris. Quia hic in tali causa graviter peccat contra reum; ergo etiam Advocatus, cum constet in dubio reum debere absolvi ideoque causam auctoris esse iniustam.

Item non licet suscipere causam civilem, quam certo iudicat esse minus probabilem, & talem visum iri iudici. Nam defenderet causam, quam magis iudicem esse iniustam, quam iustam, & induceret iudicem ad iudicandum causam habenti sui minus probabilem, ideoque ad iniuste iudicandum; conar- turgue impedire, ne sententia feratur in favorem eius cuius sui tenet esse potius ac melius, quippe proinde vincere debet, quod iniquum est. Quare advocatus antequam causam suscipiat, tenetur eius aequitatem & probabilitatem perpendere, & eamque clienti indicare.

Hinc tenetur peccat contra iustitiam, & tenetur ad restitutionem. 1. Si cum non sit satis peritus ac idoneus, advocati officium suscipiat. 2. Si de- scendat causam, quam scit esse iniustam: & tunc tenetur compensare omnia damna inde secuta, sive parti adversae, sive clienti, quem non novit de ini- iustitia causae, auxilium & consilium praestando pro iniustitia. 3. Si quamlibet causam sine discrimine & consideratione eius iustitiae suscipiat, solum atten- dens ad formalitatem juris nihil expensens causae meritum. 4. Si in progressu causae iniquitatem de- prehendens, non moveat clientem, ut desinat, nec ipse eam desinat: licet prius iustam putaverit; nam

alias scienter iniustitiam tueretur. Non debet tamen eam probare, ut scilicet aliam partem iudicet. vel secreta sine causa alteri parti revelet, ait S. Tho. q. 71. art. 5. Si ob eius imperitiam, vel negli- gentiam, vel malitiam cliens causa cadat, aut in- debitam impensas faciat, vel aliud damnum pati- tur, ex c. ult. de injur. Nam horum damnorum est causa iniusta, sive committendo, sive omitiendo contra munus sui officii, ad quod praestandum se tacite obligavit. 6. Si periculum litem amittenda non indicet clienti, qui eo cognito non fuisset liti- gaturus. 7. Si causae expeditionem cum damno clien- tis differat, & postponat. 8. Si fundamenta, vel secreta causae detegat adversario. 9. Si in defenden- da causa utatur aliqua falsitate, vel vera esse occulta ad causam non pertinentia referat, vel ut- tur conviciis. 10. Si accipiat pretium iusto ma- ius. 11. Si iniustam transactionem suadeat. 12. Si plures causas accipiat quam recte expedire possit. 13. Si iniustis dilacionibus & cavillationibus partem adversam vexet, vel impediat, ne ius suum prosequatur. 14. Si scripta sua nimiam extendat, & va- nis ac inutilibus rationibus relaciat, ut majus lu- crum acquirat.

Nota. Advocatus tenetur sub mortali in extrema vel gravi necessitate pauperum, gratis eis patrio- nari, sicut etiam Medicus, Chirurgus, & alii ope- ram suam gratis praestare tenentur. Nam quique tenetur ex caritate proximo graviter egentem impendere subsidium necessarium, cum potest saltem sine gravi suo damno; alioquin non amat proximum sicut seipsum. Erue eos qui deducuntur ad mortem, & quis trabuntur ad interitum, liberare ne cesset. Si dixerit, vires non suppetant, qui inspektor est cordis, ipse intelligit, & servatorem anime tuae nihil saluti, reddiditque homini iuxta opera sua, Prov. 24.

5. VI. De obligationibus Referentis, Secretarii, Notarii, Procuratoris, & Appartoris.

Dico. Ii omnes generatim tenentur fideliter ac iuste exequi iustum officium; & proinde scire omnia, quae ad illud spectant, debentque diligen- tiam adhibere. Quod si quid faciant, vel omittant contra proprium officium, peccant contra iustitiam ideoque tenentur resarcire damna inde alia oris. Quae enim sunt debita ex officio ad aliorum com- modum spectante, debentur ex iustitia, cum debe- antur ex contractu implicito in assumptione officii: nam suscipiens officium, hoc ipso se obligat ad id omne, ad quod institutum est. Nec excusantur ob ignorantiam. c. ult. de injur. quia tenentur ex ju- risticam scientiam, ac peritiam habere, aut officium non assumere cum periculo damni a- liorum, & imperitia culpe adnumerantur, l. 174. §. de regul. jur.

Item peccat, & tenentur ad restitutionem, si sit- pendium majus eo, quod lege vel consuetudine taxatum est, accipiant. Quia tunc accipiunt pretium operis iusto majus; cum pretium taxatum sit iuste iustum, & committat in divisibilib; ut patet in emptio- ne;

ne; nec excessus sponte donatur, sed dans vult ta- tum solvere iustum pretium. Quod si stipendium non fuerit taxatum, illud solum erit iustum, quod secundum communem prudentum estimationem est aequale operae ac obsequio praestito: nam si sit inae- qualitas inter pretium & operam, jam est iniusti- tia. Speciatim vero.

1. Referens peccat, si defectum studii, aut dili- gentiae sufficientem male referat, aut aliquid substan- tialiter omittat: si conetur unius ius magis, quam alterius exponere &c.

2. Secretarius peccat, si iuramentum violat, si processum aut sententiam diligenter non custodiat, vel partibus sine mandato iudicis ostendat, si testi- monium non fideliter transcribat &c.

3. Tabellio seu Notarius peccat, & tenetur de damno, si ignorat quae ad iustum officium pertinent; si instrumentum non recte conficiat; si iuramentum vel secretum violat; si in testimonio testium, vel iudicis ac factis partium aliquid addat, vel detrahatur: si fidei omnia prout se habent non scribat, si mili- ficio transcripserit cum erroris periculo aliquid com- mittat; si acta & instrumenta negligenter custodiat, cum periculo damni partium; si differat instrumen- tum expeditionem, ut pecuniam extorqueat: si tes- tamentum hominis rationis usum destituti scribat; si testes falsos admittat; si sollempnitates necessarias in contractibus ex ignorantia, negligentia, vel malitia praetermittat; si conficiat instrumentum falsum, ulu- rarium, vel injuriam; si amisso instrumento antiquo publico, vel testamento, aliud simile confingat; si testimonium aliquid necessarium cum alterius damno non exhibeat; si parti petenti instrumenta sua vel

alia, sine quibus recuperare nequit id quod sibi de- betur, occultet, vel transfundat neget &c. nam in his omnibus peccat contra officium & iustitiam, & causam damni dat.

4. Procurator peccat, si litem iniustam suadeat, proceat, vel suscipiat; si suadeat reo vel parti, ut veritatem neget: si partes ad compositionem iniquam adducat; si falsos testes inducat; si differat ac pro- trahat causam, vel peat dilaciones supervacaneas, aut non petat necessarias; si falsa, vel incerta ut certa proferat; si causam primo acceptatam, primo non proceat; si nomine partis iure sine particulari ejus informatione cum periculo peccandi; si sua imperitia, vel negligentia, a habeat culpa causa fit, cur lis perdat &c. Vide dicta de advocato.

5. Apparitor peccat, si non servet iurandum; si accepto mandato capendi aliquem, vel ejus bo- na ipse numeris moveat, ut sibi caveat; si plura negotia expediens in eodem loco, vel eodem die, tantumdem pro singulis exigit, quantum pro diver- sis trineribus; vel pro diversorum diemum expeditio- nibus accipere; si lustrans domos avarius agat, ut aliquod minus extorqueat; si vim iniustam, aut aliam injuriam inferat; si falsum in actis suis enun- tret; si tempore praescripto acta juridica sibi com- missa non faciat &c.

C A P U T V I.

De obligationibus Ducum & Militum. (1)

Dico. 1. Belli Ducis graviter contra iustitiam pec- cat, ideoque ad restitutionem tenentur, 1. Si

(1) S. Joannes praefator Dominus breviter per- seinxit Militum officia, dum eius temporis militibus salutare consilium ab ipso postulentibus haec respo- dit, quae iuxta Evangelium sic refert. & expli- cat D. Bonavent. (Exempl. in c. 3. Luc.) Neminem concutiatis, id est, per vim potentiae. Neque calum- niam faciatis, sub specie iustitiae. Per rapinam con- sequeverunt milites peccare, & ideo illam docet tam- quam illicitam cavere. Sed, ne hoc videatur eis grave, ideo licita concedit, cum subdit, & contenti estote stipendiis vestris, id est, pro defensione rei pu- blicae statuti a Superioribus vestris. Ideo enim militibus stipendia constituta sunt, ne dum questus quaeritur, neque grassentur. Excitade porro colligit Sera- phicus Doctor, Beatum Joannem hic militare officium approbasse. Ad simul natus, ad licitum militie usum oportere, quod concurrat conveniens persona, & causa. Primo necessaria persona indicentes bellum, in qua requiritur, quod habeat potentiam: item persona agens bellum, quae debet esse laicus & saecularis, non clericus vel religiosus: item persona patientis bellum, quae talis sit insolentia, ut per bellum sit pro tutela patriae. Secundo causa conveniens est, cum est pro tutela patriae, vel pacis, vel fidel. Alibi (in 4. Sent. dist. 16. par. 1. dub. 15.) ostendit, honestas militie, ad quam ea omnia concurrunt, minime obviare sententiam D. Gregorii M. apud Gratianum (3. par. Decr. de Paup. dist. 5. cap. 6. Falsas) Miles, vel negotiator, vel alius officio deditus, quod sine peccato exerceri non possit, re-

cognoscat se veram potentiam non posse perage- re, nisi negotium relinquat, ut sibi caveat. Sic enim illud interpretatur: Dicendum, quod militie, negotiatione, & officio teloni, sive vesti- galium exactione, potest quis recte uti, si facti eo modo, quo instituta sunt; ut miles nemini injurie- tur, negotiator neminem circumveniat, & telonea- rius non exiat vectigal immoderatum, sed quod institutum est in certa causa & usui. Et hoc totum potest esse sine peccato: & hoc modo penitus potest in hoc statu salvari. Sed his propugnationibus sunt abusiones, in militibus violentiae, in negotia- toribus deceptiones, in aliis immoderate exactiones: & ideo hujusmodi sunt periculosa. Et quan- tum ad tales abusiones dicit Gregorius, non peni- ter quis, quousque dimittat hec, scilicet quantum ad abusionem. De iuribus belli, atque de Ducum, & Militum officiis fere tractavit ex nobis Antonius Schiara Agensis Cler. Reg. in peccat. op. Theologie Bellica, ex Protephantibus vero Hugo Grotius in libro de Jure belli ac pacis, qui tamen, ebo- eruatione multiplici praestat, a catholica doctrina. (N. 17.) interduum discordant. De Gabelis, paulo ante obiter nominatis, Richardus de Mediaev. (Quod l. 3. qu. ult.) gravem evolvit quaestionem: Utrum laici subditi dominis temporalibus tenentur solvere tallias de novo impostas, quae non videntur nisi in utilitatem dominorum; in qua quidem sicut dicere malo, quam imprudens dicere.

vi, vel fraude, dolove milites consciperint. 2. Si fuos milites invicos alius Ducibus vendant vel comurant. 3. Si curam eorum, tum quoad corpus tum quoad animam non gerant. 4. Si abundi potestatem promissam denegent. 5. Si militibus stipendia debita subtrahant, vel minuant, aut potum vel cibum corruptum aut periculosum præbeant. 6. Si militum furta, rapinas, concussiones, stupra, & alia crimina, quantum possunt, non impediunt, nec puniunt. 7. Si pagos aliquos majori quam par sit militum copia venent, vel si aliquos ob pecuniam acceptam a militum hospitio eximant, qui idcirco apud alios incolas militentur. 8. Si quid accipiant ad impediendas vexationes militum: nam ex officio & iustitia jam tenentur eas impedire. 9. Si temere prælium ineant, vel sine causa iusta vitam militum exponant. 10. Si fortiter non pugnent. 11. Si non habeant completum numerum militum, pro quo stipendia accipiunt. Nec licet eis, ad compensandum stipendium prius sibi debitum, postea in lustratione militum sicut nomina conscribere: tum quia compensatio licite fieri non potest fraude & falsitate; tum quia hoc feret cum gravi damno seu periculo resp. seu Principis, qui parans se habere tot milites, non plures conscribit vel mittit ad castra, unde hostes non vincuntur, aut etiam vincunt. 12. Si fidem hostibus datam frangant, aut dolose interpretentur.

Dico, 1. Milites omnes tenentur sub mortali ex iustitia, 1. Duci, seu præfecto militie parere, fortiter pugnare, stationem servare, arcem sibi committam diligenter custodire, & defendere etiam cum vix periculo. Nam ad hæc omnia præstanda conducti sunt, & stipendia accipiunt. 2. Sine Ducis sui licentia a castris & exercitu non discedere, nam sub hoc etiam obligatione conducti sunt, & alias non possent haberi sufficientes numerus ad pugnam paratos. 3. Non discedere a militia aut tempus coadictum, nam pacta servari debent. 4. Suis stipendiis contenti esse, & neminem concutere, ex Luc. 3. Nihil auferre vel extorquere a non hostibus, & ab iis, apud quos diverfantur; nec quidquam exigere præter id, quod a principe constitutum est, alicui injuriam faciunt, & tenentur ad restitutionem, cum nullo jus ad ista habeant. Nec excusantur eo quod stipendia integre non solvantur; nam hæc solutio, sicut debitum, spectat ad solum Principem vel Ducem; Milites enim alendi sunt ex ærario Principis; nec unus locus præ cæteris gravandus est. 5. Sine iussu Ducis, aut saltem post ejus prohibitionem damna hostibus non inferre, c. *Miles* 3. q. 3. nam ad hæc requiritur auctoritas publica, cujus Milites sunt tantum executores. Nihil auferre, vel exigere a subditis resp. hostibus, qui Principi vel Duci aliquid solvant pro redimenda omni exactione & damnificatione: nam hæc solutio jus acquirit ad immunitatem ab omni damno & exactione. c. *Semper meminerint*, se obligari legibus divinis & humanis, & semper teneri abstinere ab omni crudelitate, luxuria, ebrietate, blasphemia, impietate, perjurio, dolo, injuria, sacrilegio &c.

Quæres. *An qui dubitant de iustitia belli, possunt aut debent militare?*
 Resp. Subditi, qui de belli iustitia dubitant, Principi subditi parere debent, ac militare. Nam in dubio quique tenetur obedire superiori suo, cum hic sit in possessione potestatis præcipiendi; idque exigat

debita subordinatio. *Vix iustus si forte sub rege habeat etiam sacrilego militet, recte potest illo jubente bellare, cui quod jubetur, vel non esse contra Dei præceptum, certum est, vel verum sit, certum non est: ita ut fortasse eum regem faciant iniquitatis imperandi; innocentem autem militem offendat ordo serviendi,* ait S. August. lib. 22. contra Faustum c. 75. Idem dicit de extraneis, qui ante bellum erant stipendiarii, quia debent Principi suas operas venditandum, quo iure certo in dubio privati non debent Princeps. Item milites subditi vel conducti iustitiam belli examinare non tenentur, quando iudicium probabilius ratio in contrarium occurrat, que ipsis dubium positivum afferat. At extranei nondum stipendium coadictum, belli iustitiam investigare debent, nec militare, nisi facta inquisitione, prudenter iudicent, talem Principem bellum iustum gerere, & alioquin non possunt prudenter iudicare, se pacem militando. Nec est licet militare sub Principe, de cuius iustitia dubitant; quia nulla cogente & excusante obediendi necessitate exponerent se periculo gravissimæ injurie aliis inferende.

Porro nemo debet contra proprium Principem ad patriam militare, cum hoc fit contra pietatem & fidelitatem debitam.

C A P U T VII.

De Obligationibus Medicorum, Pharmacopæorum, & Chirurgorum.

Dico. Hi tenentur sub mortali, 1. Habere sufficientem scientiam & peritiam. Nam lex naturalis & humana vetat, ne quis artem, præsertim periculis referant, quam ignorat, exerceat; & alioquin se exponant periculo gravissima detrimenta inferendi proximo. 2. Impendere debiam diligentiam ad curandos morbos: nam ad hoc ex officio & pacto saltem implicito, idque ex iustitia tenentur. 3. Adhibere remedia tutiora, certiora, aut in horum defectum probabiliora, & que citius sanitatem allatura sunt, tum quia alioqui vitam proximi periculo imprudenter exponerent, tum quia tenentur ex caritate, & ex officio ac iustitia, meliori modo quo possunt, & cum minimo damno ac periculo alios curare; & idcirco eorum opera conductor. Quod si omnino dubium sit medicamen, nec probabiliter iudicetur profuturum, communior docet, inquit, Fillicius, non esse dandum. Quis si detur, exponitur æger periculo; forte sanandus; si non detur & mors sequatur, ea non culpa Medici, sed violentia morbi eveniet. Si tamen nulla sit spes de salute infirmi, nec adit remedium nisi dubium, de quo scilicet dubitatur, num profuturum ac nocivum sit, debent illud adhibere: quia sic infirmi negotium utiliter geritur: nam potest curari si detur, & versatur in certo mortis periculo si non detur, meliorque est salus incerta, qua mors certa. 4. Tenentur saltem ex caritate statim ægrum monere per se vel per alios de periculo mortis, ut sive saluti æternæ mature providere possit. Et Concilium generale Lateranense IV. c. *Cum infirmis*, de penis, districte præcipit Medicis, ut priusquam curationem corporis incipient, infirmos monent & inducant, ut *Mdicos advocent animarum*. Hanc legem innovavit S. Pius V. constit. 2. addendo, ne Medici ultra tertium diem vivant

vivant ægrorum, nisi de illius confessione sibi confect, cum scilicet morbus gravis est, vel periculum est, ne gravis fiat. (*)
 Hinc peccant, 1. Si absque sufficienti peritia morbos curare tentent. 2. Si debitam curam & operam pro gravitate morbi non impendant. 3. Si medicamenta minus idonea, certa ac tuta, relicti certioribus, vel evanida adhibent: aut cum certa desunt, sed si suppetant probabiliter utilia, deum inexplorata explorant gratia. 4. Si curationem negligant aut protrahant licet causa, aut naturam morbi non satis expendant, vel ea non bene perspecta, temere adhibeant remedia obvia, aut periculosa. 5. Si aliquid contra legem Dei suadeant. 6. Si sine iusta causa carnum alium permittant, a jejuniis precepto avertant. 7. Si pauperibus graviter ægrotantibus gratis non operantur. 8. Si medicamenta ad impediendam generationem, vel ad soletum expellendum præbeant, vel doceant. 9. Si operent morborum frequentiam. 10. Si occultos morbos pudentium eorum, quos curant, divulgent. 11. Si incertum iusto majorem exigant &c.

Mercuriorum, Opificum & Operariorum obligationes ac peccata patent ex dictis de Contractibus.

de *Iustitia, & alii.*
 Paucis tamen rusticorum & opificum obligationibus hic congero. Igitur.
 Hi omnes tenentur, 1. Artis aut professionis suæ sufficientem peritiam habere. 2. Illam sine fraude, negligentia, & cuiquam damno exercere. 3. Debitam diligentiam ad opus suum periculum, & utilitatem alius, ac secundum rationabilem eorum voluntatem præstandam adhibere. 4. Nihil ultra iustum pretium exigere. 5. Contractus & pactationes in omnibus fideliter observare.
 Hinc graviter peccant, & ad restitutionem tenentur. 1. Rustici, qui gravi imperitia vel negligentia grave damnum domini in messibus, arboribus ægris, sylvis, vineis, aut animalibus præcreant. 2. Coloni, qui dominos suos defraudant, non præbendo integram fructuum partem, de qua convenitum est, vel non nisi de deterioribus frugibus; vel bona dominorum aut jura non curant. 3. Opifices, qui laboribus suis vel impenis parentes, operis imperfectum ac vitiosum efficiunt. 4. Mercenarii, qui non diligenter laborant toto diei tempore, quo tenentur, & pro quo conducti sunt.

(*) Non tamen tenentur sub gravi monere ægrum in quocumque morbo, sed quando ita aliquo morbo corripitur, ut attentis omnibus indicare possit periculum esse, ut evadat mortalis. Inlt. Eccles. 22. §. 48. *Consultus est tamen ut moneretur ægrotus, etiam si non timeatur periculum illud.*
 Si tamen ægrotus tenuit confessionem, & mortuus sit adeo periculosus, ut desertus a Medico esse merendum sit ne moriatur, docent tunc Theologi deserendum non esse a Medico, ne ægrotus amittat spem sanitatis recuperanda, adeoque resp. scendi. Ibid. §. 27.

